Solutio quod non. Nam illud quod est manifestissimum non potest demonstrari. sicut a priori natura non sit esse est de se manifestissimum. igitur non est possibile eam demonstrari. Et ad obiectum in oppositū dicitur est. quod potest demonstrari a posteriori per motum et per suos effectus. Unde quod vellet demonstrare naturam non potest iudicare quid per se est personalē. et quid per se non est personalē. volens demonstrare manifesta per in manifesta et talis est similis cetero de coloribz syllogisanti. cum talis non personalē cognoscatur quid rei. sed solū quid nominis. Sed dices si a posteriori potest ostendiri siue demonstrari naturam esse quare arresto. hoc non ostendit. Ad hoc dicendum est. quoniam facilissime personalē cognoscitur non est necessarium de eo affectus materialē facere cum artis et scientia sunt circa difficultatibus. Et licet philosophus naturalis ut inquit auicenna non habet ex sua scientia demonstrare an sit natura utique tamē in quantum induit formam primi philosophi. quia natura principium est naturalium. et ideo supponit ipsam esse naturalis philosophus. et ipsam esse probat metaphysicus. Huic tamen fratre contrariatur auerois. et quod vbi et auicenna persequitur dicens. quod simpliciter est impossibile demonstrare naturam esse. Tamen est notandum quod de natura mouente siue motoz duplex potest forma.

ri questione. Una an sit et hec demonstrari non potest. sed negans naturam confutandus est a primo philosopho per deductionem ad inconveniens. sicut dicit Auicenna. Alia an motor differt a mobili aut sit idem cum ipso. et illa disputatur ab Aresto. octauo huius et in hac bñha tetur via demonstrationis.

¶ Videlicet autem natura et substantia eorum que in natura sunt. quod primum inest universalis nonformatum per seipsum et lectuli natura lignum. statue autem es. signum huius autem dicit antiphon. quoniam si aliquis proiceret lectum deorsum. et accipiat potentiam putrefactiū et utrumque sit germe. non utrumque fieri lectum sed lignum. tandem dicit quod secundum accidentem est dispositum secundum legem et artem. substantiam autem entem illam que permanet hoc patiens continua est. Si autem et horum universalium quodque ad alterum aliud idem hoc sustinuit. ut es quidem et aurum ad aquam. ossa autem et ligna ad terram. Similiter autem et aliorum quodlibet illam naturam esse. et substantiam ipsorum. Unde sane hic quidem terram dicunt. quidam autem aquam. alii quidam vero horum. Sed alii omnia haec naturam esse eorum que sunt. Quot enim aliquis ipsorum acceperit huiusmodi sive unum sive multa hec et tanta dicit esse omnem substantiam. alia autem omnes passiones istorum et habitus et dispositiones. Et horum quidem quodlibet esse perpetuum. Non enim esse mutationes ipsius ex seipso. Alia autem fieri et corruptiū infuncties. uno quidem modo natura dicitur prima universalis subiecta materia habentium in seipso motus et mutationis principium.

¶ Istud est secundum capitulum istius tractatus in quo philosophus ponit divisionem naturae que dividitur in materiam formam et priuationem postea eius definitione cum esse procedat posse. Et primo ostendit materiam esse naturam. et hoc ideo. quia antiquis videbatur. quod natura principaliter diceretur de materia. eo quod ipsi formam rei veram non prospererunt. et ideo dixerunt. quod substantia eorum que in natura sunt. et quod primum est universalis et est informabile. hoc est formam recipiens non mediante alio. sed per seipsum est natura rei. sicut lectuli natura lignum. Et ideo dicit antiphon. quod natura est illud et quo pullular pullulas. quoniam natura est vis insita rebus naturalibus ex similibus in natura similia procreans. Si enim plantetur in terra lectus et putrefactus in terra accipiat potentiam naturalem germinandi. id quod producitur est lignum et non lectus. igitur lignum est natura lecti. et non lectura que est eius forma. hoc autem dicit antiphon tandem putaret quod id quod est in ligno secundum formam que regula artis est et proportionem facit materie ad formam. et id quod est in eo. quod dicit forma artis.

Physicorum

sit fin accidēs. et id quod pmanet in producente et p duto idem sit natura et substātia accipiens passionē rei. fin formas accidentiū variatas circa ipsum. Et posse ratio sic formari q̄ sicut est in artificialibus ita p analogiam est in naturalibus. substantia autem et natura artificialium est materia igitur substantia rerum naturalium est materia. Major patet q̄ fin antiquos formenurales sunt accidentia de quaerā specie qualitatī. quia antiqui ponebant materiam esse substantiam rei. et res solum differre penes figurās accidentiales. exēpli gratia ut diogenes qui posuit aerem pro principio omnium rerum dixit aerem sic figuratum esse hominem et sic figuratum fore alium. et sic de alijs. Et q̄ vnum quodq̄ ita se habet ad suam naturam. sicut opus artis ad naturam artis sic patet. q̄ in sicut es et aurum se habent ad aquam que est materia prima eorum. ossa aures et ligna ad terrā q̄ prima materia est ipsorum. et si rālio q̄libet naturali hoc dicunt esse naturam illoꝝ. qd̄ p̄m̄ materiale est in iþis. materia em̄ p̄ma in q̄libet illoꝝ est vna manens sustinens variationes ex formā diversitate. Unde es et aurum resoluta producunt aquā et ossa et ligna resoluta producunt terrā. Et hec fuit causa q̄ q̄dam eoz dixerunt q̄ prima materia fuit terra. et q̄dam dixerunt q̄ fuit ignis. alij aere. alij vero aquā p̄missimā materiam esse dixerunt. Et alij dixerunt. q̄ quēdam horum plura tamen uno sunt materia omnium naturalium. Alijs autem placuit q̄ omnia ista sunt materia naturaliū rerum et natura eorum. Quot em̄ numero vniuersitatem eoz accepit pro principio materiali. hec et tot dixit esse omnīū substantiam et naturās sive vnuꝝ supponeret sive multa sive erat omnia. Alia autem dixerunt esse passiones istoz. que mouent in actione et passione in iþis sicut q̄litates prime. aut etiā dixerunt esse habitus sicut forma et desideria in iþis. q̄ nō h̄nt corrātuvel dixerūt ēē dispositioꝝ materiāt naturā pparātes ad habitus recipiendoꝝ. Quodēq; autē h̄oꝝ dixerūt esse principiūm materiale et naturām. illud etiam dixerunt esse perpetuum. et dixerunt q̄ illi nō inest mutatio ex se ipso. q̄ nūc mutatur ab esse suo. sed alia que sunt passiones et habitus et dispoꝝtioꝝ sunt et corrumptur circa hoc modis infinitis. Itē ergo est modus vnuꝝ. q̄ dicit natura prima vniuersitatem subiecta materia eoz q̄ habent in seip̄is motus et mutationis principiūm. Ut detur autē esse causa ignorancie antiphontis. quia nesciuit distinguere inter formām accidentiālē et substātiālē. et ideo v̄rāq; putauit esse accidentiālē. et putauit q̄ forma naturalis per omnia esset sicut forma artificiālis et hoc non est verum.

Alio autem modo forma et species que est fin rationē. Sicut enim ars dicitur quod est fin artem et artificiūm. sic et natura quod fin naturam dicitur et quod naturale. Neq; autem illud adhuc dicimus habere fin artem nihil. si potentia tantum est ut lectulus. Non dum enim habet speciem lectuli. neq; etiā artem. neq; in his que natura subsistunt. Potentia em̄ caro aut os neq; habet adhuc sui ipsius naturam. Prius accipiat speciem fin rationē.

Aristotelis.

qua definiētes dicimus quid est caro aut os neq; natura est. Quare alio modo erit natura habentium in seip̄is motus principiūm et forma et species que non separata sunt. sed aliud fin rationē. Quod autem est ex his. natura quidem non est. sed a natura ut homo. Et magis natura hec est q̄s materia. vnumquodq; enim tunc dicitur magis cum entelechia sit. q̄ cum sit potentia.

Nicphs ostēdit tria rationib; formam esse naturā. Vnū sumitur a simili-eodem modo dicitur aliquid naturale. quo modo dicitur articiale. articiale aut dicitur aliquid ex sua forma. igitur etiam dicitur naturāle ex sua forma. clarum autē est q̄ ante q̄s aliquid accipiat forma artificiale non est articiale. igitur etiā ante q̄s aliquid accipiat formam naturalem non est naturale. et per consequens forma rei naturalis dicitur esse natura. Major patet. quia sicut ars dicitur dupliciter scilicet quod est factum fin artem. et id quod est artificiūm. quia id quod est arte factum habet formam artis per quam fuit in arte apud artificios. et sunt hoc modo rationes vnius et forme opus artis et artificiūm. sic et natura dicitur quod fin naturā factum est. et natura. q̄a id quod fin naturā factum est formaliter est in natura faciente et ideo formaliter conuenient naturale et natura ideo forma habet rationē nature et natura est magis q̄s materia. quia sicut in operib; artis non dicitur q̄ opus artis aliquid habeat ante q̄s accipiat formā artis sed solum potentiam ad artem quando habet materiam artis. ut lectulus potentia est in lignis. et non est lectulus nisi accipiat formā artis. ita est in rebus naturalib; q̄ nihil vere actu dicunt habere ex materia in qua sunt potentia. sed ex forma habent q̄ sint res naturales quia caro et os non habent sui naturam nisi accipiant species carnis et ossis. speciem quidē qua definiendo dicitur. quid est caro. quid est os. igitur oportet fin hanc rationē q̄ alio modo natura sive eoz habentū in se iþis motus principiūs forma et species. que quidē natura non est vis separata a naturalib;. in iþis diffusa. ut supra dictum est. sed si seperetur. hoc est fin rationē et intellectus resolute ēē compositum vero quod est ex iþis non est natura. sed est fin naturā. Et subiungit philosophus. q̄ forma est magis natura q̄s materia. q̄a sicut se habet res naturalis ad esse in natura sive fin naturā. ita se habet ad naturam. sed magis est fin naturā quando est fin formā entelechia hoc est in actu. q̄s q̄ est in potentia materiali tantū. igitur forma que facit compositū esse fin naturā magis est natura q̄s materia. et ideo melius alij in nature rōe phonorauerūt formam. dicentes q̄ natura vniuersitatem rei naturalis ē. forma dans esse. et species que dat vnicuiꝝ earum rationē diffinitiūm.

Amplius sit homo ex homine. sed non lectulus ex lectulo. Unde etiam non dicunt figuram esse naturam. sed lignum. qm̄ fieri utiq; si germinet non lectulus. sed lignum. Si ergo hoc est ars. et forma est natura. fit enim ex hoc

Liber

Secūdus

mine homo.

Nic philosophus ponit secūdaz rationez probātem formam esse naturam. qm illud est natura quod redit p generationem naturalē. cum generatio sit ad naturam forma autem redit per generationem naturalē. igitur forma est natura. Minor probatur. qz fm naturam sit et homine homo. et non sit lectrulus ex lectulo propter differentiam formae naturalis et artificialis. Si igit̄ hec fuit causa. q antiqui dixerunt formā lecti nō esse naturā lecti. qz lectus si germiner germinabit lignum et non lectuz. t ideo in arte nō producitur forma sed materia si germinet artificialuz erit compositū causa compositi in natura. Lutz ergo in natura forma producit formaz. quia ex homine generatur homo fm conuenientiam speciei et forme. igitur forma est natura fm rationē similes per oppositum rationi eorum. quia ipsi antiqui dixerunt res dire materiaz. et non formaz.

Amplius autem natura dicta sunt sicut generatio via est in natura. non enim est quēad/ modum medicatio dicitur non in medicinam via. sed in sanitatem. Necessitate quidem enim est a medicina non in medicinam esse meditatio nem. Non sic autem natura habet se ad natu ram. sed quod nascitur ex quodam in quoddaz. sicut fm quod nascitur. Quod igitur innasci tur non est ex quo sed in quid. forma itaqz na tura est.

Nic philosophus ponit tertiam rationem que est illud est natura propter quod generatio dicitur natura. sed per formam generatio dicitur natura. igitur forma est natura. Minor patet. quia generatio dicitur natura quia est via in formā que est natura. Est autem via in formam rei acquisitam per motuz et mutationez gene rationis. igitur forma est magis digna noine qz ipsa ge neratio. Non em est in nature motibus sicut est in actio nibus et motibus artis. In artibus em non est motus artificis via ex forma in formaz conuenientem illi in spe cie et ratione. sed potius est motus medici ex medicina que est habitus in aia medici non in medicinam sed in sanitatem que est forma naturalis in complectione calidi et siccii. frigidii et humidii. Et si dicteret aliquis. mo tus est ex specie sanitatis que est anima medici in formā sanitatis que est in complexionem. Ad hoc est dicendum. q licet ita sit non tamen sunt ille forme eiusdem rationis. quia una denudata est quiescens in anima medi ci. altera autem quiescet in materia habens esse materia le in ipsa. et illa que est in anima medici potius est interio forma qz forma. Illa autem que est in re extra. vera est forma. sed aliquando est tantum artificialis. eo q per solam artem inducta est. vt forma domus vel idoli. Aliquando autem est forma naturalis. quando ars imi tatur naturaz in opere. sicut est forma sanitatis. in natu re autem motibus et generationibus non huiusmodi est processus. sed potius ex forma in formaz. quia ex homi ne est homo generatione actua productus. Et si dicatur fieri ex materia cuius forma naturalis sit in ea. tunc iterum ex forma fm quid existente. est forma in actu ex

istens fm quod vnuqz qz naturalium est aptum natum procedere ad formam in actu existentem. Quod autem nascitur in tali via nature non est materia ex qua fit res. sed est forma que est terminus motus generationis. for ma igit̄ est magis natura qz materia.

Sed forma et natura dupliciter dicitur. Etenim priuatio quodam modo species est. Si autem est priuatio. et contrarium aliquid circa simplicem generationem aut non est. posterius considerandum est.

Nic philosophus probat q priuatio sit natura pre supponendo tamen q forma dupliciter dicitur. scz de forma perfecta et imperfecta. Et etiam natura dicitur de forma et priuatione. Et q priuatio sit natura sic pbatur. forma est natura. priuatio aut est quodam modo species et forma propter apertitudinez quā relinquit et supponit in subiecto. Posterior aut in libro pergeneseos cōside randum erit. An circa simplicem corporum generationem. est contrarium quod sit priuatio. sicut circa generationem que est generatio fm quid. In generatione em fm quid alterum contrarioz priuatio est. et reliquum habitus sicut nigredo priuatio est albedinis. sed frigiditas priuatio est caliditatis. Si enim considerentur pri ma contraria que sunt in genere coloris fm esse formale quod haber a lumine erit albedo lux clara in superficie corporis terminati qui susceptiva est luminis. Nigredo autem erit colo. priuatus luce. eo q superficies corporis terminati non est receptibilis lucis. Et hac em con sideratione manifestum est. q nigredo priuariue opponi tur albedini. Si autem albedo et nigredo consideraretur fm esse materiale. fm q constituantur a primis qualitatibus. que commiscetur in corpore compósito. colorato sic albedo et nigredo opponuntur contrarie. vt vitraz est species qualitatibus non priuariua. Similiter cum frigiditas sistat motum et caliditas motuz inducat. erit frigiditas materialis et priuariue opposita caliditati. vt ostendit aristoteles quarto metheororu in fine. Sed in genera ratione substātie aliquādo generatur id quod est mate riale ex formalī sicut terra ex igne vel aere. Aliquādo eco uero. Et id quod est plus materiale est etiam plus pri uariatione immixtuz. t sic p̄z. q tam in qualitatibus qz in substātis quedā forme sunt priuationi pmixte et mate riales. quedā at sunt formales et pure.

Circa textuz declaratuꝝ mouetur questio. An sit conuenienter natura. in formā materiam et priuationem diuisa.

Et arguitur primo q forma non est natura. quia est terminus generationis. sed terminus non est natura. igitur nec forma est natura. Minor p̄z. qz natura est princi piuꝝ mouēdi et quiescendi. terminus at nō est huiusmo di. igitur. Secundo anima est forma substantialis. et tamen non est natura. Tertio. materia non est natura qm illud quod est ens in pura potentia non est principi um motus et quietis. materia autem est hmoi. igit̄ ipsa

Physicorum

non est principium mouendi et quiescendi et per sequens non est natura. Quarto illud quod est per se non ens non est natura. priuatio autem est per se non ens. igitur non est natura. In oppositum est propositum in textu. Et pro eius intellectu ponuntur duo discursus quorū maior primum est ista.

Natura est entium naturalium fiendi et essendi principium intrinsecum. Minor Tria sunt entium naturalium principia forma materia et priuatio appellata. Conclusio. Igitur quodlibet eorum est natura. sub quadam ratione analogia.

Maior patet per definitionem nature. Quod autem dicit principium intrinsecum essendi et fiendi conuenit forme materie simul. et non priuationi cuius sit solum principium fiendi. ut clare patitur ex primo huius. Sed dicere natura est principium mouendi et quiescendi. igitur male dictum est quod sit principium essendi. Ad hoc dicendum. negando consequentiam. quoniam illud quod est principium essendi est etiam principium mouendi et quiescendi per se de forma. non autem ex extra. cum multa accidentia sint principia mouendi eius instrumentalia. que tamen non sunt essendi principia. Minor patet per Aresto. primo posteriori. Conclusio quemadmodum ad primā eius gemitum per Aresto. hic in textu. Et significat sic declarari potest. primo de materia. Nam quicquid est principium mouendi et quiescendi est natura. materia autem est huiusmodi. quod materia est primum subiectum vnicuique non formatum per seipsum quod presupponitur in omni motu naturali. De forma sic patet. illud quod dat naturalibus esse naturam comunicando se eis et quod solum est necessarium ad esse ipsum per se est natura. forma autem dat naturalibus esse et naturas concordantia se eis. igitur est natura. Ipsa enim sola est per se necessaria ad esse ipsorum. quod si forme possint in se subsistere sine materia. non inquiratur in rebus naturalibus materia. et ideo non queritur per se materia sed propter aliud. videlicet quod forma subsisteret in ipsa.

De priuatione sic primum. quia forma est natura. sed priuatio est quodammodo species et forma. igitur ipsa est natura. Secunda pars conclusio patet quia illud dicitur analogice quod dicitur quodammodo ordine. sed ipsa natura dicitur quodammodo. igitur et ceterum. Minor patet quod nomen nature conuenit primo forme. deinde materia. et ultimo priuationi. Maior alterius discursus est.

De trimembri divisione de natura. est propositum. stotelem bene assignata. Minor. Forma est naturalis actus. materia vero potentia. La rentia autem forme est priuatio et ad eam aptitudine. Conclusio. Igitur forma est principiorum naturae quam materia. et hec duo magis priuatione ipsa.

Maior est propositum in textu. Minor patet ex his que dicta sunt in primo huius. Prima pars conclusio patet quia illud in quo productum magis assimilatur productum est magis natura. sed per formam productum magis

Aristotelis.

assimilatur producenti. igitur est magis natura. Preterea generatio dicitur natura. quia est via in formam. non autem materia. Sed dices. quicquid predicat de eterno et corruptibili per prius dicitur de eterno quod corruptibili. materia autem eterna est. forma autem corruptibilis est primum physicorum. igitur materia est magis natura quam forma.

Maior patet quod eternum est magis ens quam corruptibile.

Ad hoc dicendum est. quod duplex est eternum. scilicet actuale et perfectum et de illo maior est vera. Aliud est eternum potentiale et imperfectum et de illo loquendo maior non est vera. Et si materia semper sit natura. et forma generatur et corruptitur. non tamen sequitur quod materia sit magis natura quam nomen naturae perfectius continent nascitur et corruptibilibus quam perpetuis cum nomine naturae dicitur a nasci et ideo illud dicitur perfectius naturae cui perfectius convenienter ratio naturae aut quod magis facit ad nativitatem rei. Et notandum est quod eius transmutabilitas magis dependet ex materia subiective. magis enim dependet ex forma terminativa. Secunda pars patet quod priuatio est principium per accidens. forma vero et materia per se principiant motum. ergo magis sunt natura quam ipsa priuatio. et ceterum. Etiam ipsa priuatio obiectum principiat. materia vero acquisitive. cum acquirat in se formam que est magis natura. Sed dices. sicut se habet materia artificialis ad artificialem. ita se habet materia naturalis ad formam naturalem. sed forma artificialis est minus natura quam materia artificialis. igitur etiam forma naturalis erit minus natura quam materia. Solutio licet tam forma substantialis quam accidentalis sunt perfectiores et acutus sive materie. tamen longa est differentia inter eas. quod forma substantialis est perfectio simpliciter accidentalis vero finis quidem. Preterea forma naturalis est natura non autem forma accidentalis. tamen materia artificialis est ens naturale. et ideo in artificialibus materia est principale forma. cum in eis materia artificialis est tota rei substantia que consistit ex forma substantiali et ex materia.

Ad obiecta i oppositum

Ad primum dicendum est. licet forma finis esse actuale sic terminus generationis rei. tamen ipsa est principium respectu aliorum motuum rei generante suuientem. scilicet motus localis. generationis. alterationis. augmentationis et sic de aliis. Aut dicendum est. quod forma naturalis accipitur duplicitate. uno modo finis quod est in generante. et sic est generationis principium. quia generans finis suā formam est principium geniti. Alio modo accipitur forma finis quod est in genito sive generato. et sic est terminus motus generationis. Ad secundum est dicendum. quod duobus modis accipitur natura. uno modo proprie. et sic anima non est natura cum sit ad unum determinata. sive unus operationis principium. ut patuit in octavo dubio precedentibus. Alio modo accipitur communiter in quantum est plurimum operationum et motuum principium. et sic posset dicere natura. Unde patet quod forma que est simpliciter materia immersa. illa scilicet que solum mouet suam materiam ad unam differentiam positionis. solum dicitur forma naturalis. illa autem forma que mouet effectum et ad omnes differentias positionis. superredit ipsam naturam.

Ad tertium est dicendum. licet materia non sit principium

Liber

actuum mouendi et quiescendi. tñ est principium passuum. illa enim gerundia mouendi et quiescendi habent significacionem actuum et passuum. quare et actus et passus capi possunt. et ideo sufficit qd in uno illorum modorum verificetur de materia. Sed dices materia est magis natura. qd est magis substantia a substantia. Ad hoc dicendum est qd verum est loquendo de substantia quo ad actum substanti formis naturalibus non autem loquendo de ea in quantum dicitur a substantiando sive p se essendo. ¶ Ad quartum pater solutio ex primo physicorum. Sed dices forma est magis natura qd materia. priuatio autem idem est cum forma. igitur priuatio est magis natura qd materia. Ad hoc est dicendum. licet priuatio sit quodam modo species et forma. hoc tamen solum est finis esse conformatum et indistinctum. et ideo non importat dñxat priuatio aptitudinem. sed etiam certitatem.

Incidunt dubia circa

textum. Quorum primum est. propter quid antiqui dixerunt materiam esse magis naturam. Solutio qd ideo. qd ipsi dixerunt eam esse totam rei substantiam. et ens in actu aut nihil superaddere materie nisi accidentalem dispositionem. cum igitur finis nos substantia quam antiqui posuerunt naturam magis sit natura accidente quam ipsi dixerunt formam. rationabiliter dixerunt materiam esse principalius naturam qd formam. Istud tamen antiquorum dictum falso est. quia eorum dictum ex falso procedit fundamento. cum antiqui imaginabantur materiam esse totam rei substantiam sive totum compositum cum tamen sit solum altera pars totius compostrum.

Secundum dubium est.

An potest stare dictum philosophi dicentis terram esse naturam et materiam. cum tamen primo metaphysice dicatur. qd sola terra caret iudice. eo qd nullus eam ponit pro principio rerum naturalium. sicut posuerunt alii elementa. Solutio licet nullus extpus solam terram posuit principium rerum naturalium. in fiero qd est immobilitas. posuerunt bene tamen eam naturam tanq; subiectum forme et vi principium subiustendi. Aut dicendum est qd nullus posuit solam terram. ppter eius grossiciem. vt patuit latius circa primū librum physicoꝝ.

Tertium dubium est

Quo antiqui philosophi dixerunt omnia pretermaterialia esse passiones. habitus et dispositiones. Solutio illi dicebant passiones que sunt principia mouendi in ipsis. ut pura qualitates prime. habitus quidem dicebant esse illa que permanent in rebus naturalibus quiescentia. Dispositiones vero que disponunt ad forme receptionem.

Quartum dubium est

An accidentia forme sint magis naturalia vel accidentia materie. Solutio accidentia forme. quia forma est principalius natura qd materia. igitur accidentia forme sunt magis naturalia qd accidentia materie. et ideo qualitas

Secundus

tes magis dicuntur accidentia naturalia qd qualitates cum quantitatibus sequantur copositum gratia materie. qualitates vero totum compositum gratia forme. Pro maiori tamen intellectu est sciendum qd duplicita sunt accidentia forme quedam em sunt accidentia forme ex ea pre qua eleuata est super naturam. sicut scire velle intelligere respectu anime rationalis. Alia sunt accidentia consequentia formae ex ea pre qua iuncta est materie. vt nutrire augere et sic de aliis et ista coenuntur forme ex ea parte qua est natura. et de istis intelligitur qd sunt magis naturalia qd accidentia materie. non autem de primis qm illa non inseguuntur formam. in quantum est natura. Similiter duplicita sunt accidentia materie. quedam que sequuntur materiam finis esse commune et consilium et finis qd ipsa est in potentia ad omnes formas vel corporeritas de genere quantitatis. et aliqui qualitates. Alij que coenuntur materie finis qd ipsa est disposita ad aliquam formam. et ista magis dicuntur naturalia qd prima.

Quintum dubium est.

Quare ens artificiale non producit sibi simile quem admodum ens naturale. Solutio qd hoc est propter imperfectionem agentis artificialis quod non dat enti artificiali virtutem producendi sibi simile. quia licet dñe esse enti artificiali. non tamen dat sibi virtutem. vt si aliorum causa. Agens vero naturale perfectius est. ideo dat enti naturali quod producit non solum esse. sed etiam posset esse causam aliorum. qm dat sibi formam per quam potest producere sibi simile. Et ideo etiam non est simile de actione naturali. et artificiali. quia in actione naturali fit processus de una forma in aliam in specie in generatione vniuoca. Sed in artificialibus non fit processus de una forma in aliam eiusdem speciei. sicut medicatio non est de medicina ad medicinam. sed ad sanitatem. et denominatur potius a principio qd a fine. in naturalibus vero actio potius denotatur a fine qd a principio.

Sextum dubium est.

An dictum Aristotelis scz qd priuatio est quodam modo species et forma bene allegetur pro inchoatione formarum. Solutio qd sic. quia in hoc qd dicitur priuatio quodam modo species et forma. concluditur formas esse inchoatas in materia. Si enim ipsa priuatio non esset quodam modo species et forma sed pure forme negatio in subiecto. sicut dicunt platonici. tunc non esset aliqui modo forma in materia inchoata. Nec ista autoritas Aristotelis solus est intelligenda de priuatione forme accidentalis. vt dicunt thomistae. sed etiam de priuatione forme substantialis. quis tamē Aristoteles in textu non deducit expressi nisi de forma accidentalis. unde licet Aristoteles. hic non deducat qd priuatio forme substantialis sit quodam modo species et forma. videtur tamen hoc etiam intendisse. quia illa est quodam modo species et forma. quia alias insufficienter ratio de priuatione adduceretur ad positionem. cum intendat probare de priuatione forme substantialis qd ipsa sit natura. Pro cuius intellectu maiori est notandum. qd priuatio forme substantialis dupliciter accipi potest. Uno modo quantum ad eius esse materiale. et sic est quodam modo species et forma. qm sic dicitur

Physicorum

aptitudinem que est forme originale principium. Et dicatur quodā modo species. cum non sit species simpliciter sive forma. sed solum originale principiū; specie sive forme. Si autem accipiatur quātum ad eius esse formale sic nō est quodā modo priuatio species et forma sī potius eius negatio. et sic in generatione simpliciter priuatio est quodā modo species et forma. In generatōne vero fin quid amplius est species et forma. cum forma accidentalis non solum est fin esse genericū inchoata. verē etiā fin esse specificū. fit enim in motu albefactionis transitus deesse albi vel albedinis imperfecto ad esse pfectū.

Vonā autē determinatū est quot modis dicitur natura. post hoc speculanum est quo differt mathematicus a physico.

Nicē est secundus tractatus in quo ph̄s determinat de differentia physici et mathematici. et hoc quo ad prīmū capitulo. et quō habet vtrāq; naturam confidere. quo ad secundū capitulo. ibi qm̄ autē natura dicitur dupliciter. Dicit igitur ph̄s qm̄ iam dictum est. quo modis dicit natura. ideo necessariū est nos inquirere An natura quoquis modo dicta sit de consideratione physice scietie vel nō. hoc em̄ est necessariū ppter opinioes eoz de quibz dictum est. quia illi qui dixerunt q natura est sola materia. dixerūt q physicus non habet considerare nisi materiam. Et illi qui dixerunt. q forma sola est natura. dixerunt q physicus nō habet considerare nisi formā. Cum autē ea de quibz agit mathematicus fin esse sunt in physicis corporibus. oportet nos inquirere primo. quo differt speculatio mathematica a speculatione physica.

Etēm plana et firma habent physice corpora et longitudines et puncta de quibus inten/dit mathematicus.

Nicē ph̄s ponit tres rōnes qb; probat q physica et mathematica non sint distincte scientie. Quārū prima est. quecūq; scientie considerant eadem subiecta ille sunt eadem. cum scientie penes obiecta distinguantur. sī mathematice considerat eadem subiecta cum physica. quia superficies corpora et magnitudines que etiam conueniunt corporibus physicis. Anisometrica tamen plus differt a physica q geometria. quia geometria conuenit cū physica i subiecto suarū questionū licet differat in pdcato. cum vtrāq; querit de corpore superficie et longitudine. tamē differenter qz geometria querit de recta vel obliqua. physica vero de calida vel alba vel simplici aut commixta.

Amplius autē astrologia altera est. aut pars physice. Si em̄ physici est dicere quid sit sol et luna scire. accidentia autem que sunt per se nullum inconveniens est.

Nicē ph̄s ponit secundā rōnem. astrologia est pars mathematice et etiam est pars physice. sī astrologia considerat corpus naturali forma informatum et sub motu existens. et hec omnia facit physica. igitur nō sunt scientie distincte. Et si dicatur q physica conuenit cū astrolo-

Aristotelis

gia in parte sui subiecti. qz in libris de celo et mūdo physica inquirit de celo et motu eius. sed differt in pdcato. quia non considerat easdem passiones celi quas considerat astrologus. Ad hoc dicitur. q hoc est inconveniens ut dicit Astro. q aliqua considerer de aliquo subiecto et nullū considerer accidentium que per se accidunt. et hoc p̄t sub alijs verbis sic dici. Ad quācunq; scientiam spectat considerare substatiam et naturam rerum. ad illā erā pertinet considerare passiones illarū rerū. ad physicam autem pertinet considerare substatiam solis et lune. cū sint corpora naturalia. igitur etiā de accidentibus solis et lune ad eundem dicitur pertinere.

Et aliter qm̄ videntur que de natura dicentes. de figura solis et lune. et vtrū sphaerica sit terra. et mundus aut non.

Nicē ponit tertiam rōnem que est. Antiqui de natura loquentes de figura solis et lune locuti sunt. et an terra sit sphaerica. et an mūdus sit sphaericus vel non. sicut patet in libro de celo et mūdo. et de omnibus his etiam loquitur astrologia. igitur physica et astrologia p̄ueniunt tam in subiecto qz in predicato sua questionum.

De his quidem igitur negotiatur et mathematicus. sī non inq̄stum physici corporis terminus est vniq̄d qz. Necq; accidentia speculat inq̄stum talibus accidentibz accidentiū. Unde et abstractū. abstracta em̄ in intellectu a motu sunt. et nihil differunt neq; sit mendacium ab abstractentium.

Nicē philosophus soluit questionē motam dices. q quis mathematicus et physicus de eisdem considerent materialiter ipsi tū nō considerat de eisdē formaliter qz mathematicus negotiā sive definitio de eis fin qz sunt termini. vt longitudines latitudines et soliditates. sī nō inq̄stum sunt termini physici corporis. et ideo mathematicus ea considerat absolute inq̄stū abstracta sunt a materia sensibili per rōnem definitiū. sive sunt subiecta sive predicata. vt patitur in p̄hemio primi physicorū. in quo dictum fuit q mathematica per intellectū sunt a motu abstracta. Si em̄ mathematicus definiat subiectum questionis mathematicae. vt dicendo linea ē esse longitudinem sine latitudine et profunditate cuius extremities sunt duo puncta. ibi em̄ totū quod ponitur in definitione est de substantia cōstitutis. et cōstitas dicit cōparationem ad materiam. non tamen ad materiam sensibilem que sola est physica. et ideo abstractū ab omnibz que sunt sub motu et ad motum disponentibus. Si autē mathematicus definiat p̄dicatum sui subiecti quod est passio. tunc non omnia que cadunt in eius definitione erūt essentialia respectu ipsius definitiū. cū passio definiatur p̄ subiectum quod nō est eiusdē essentie cū passione. omnia tamen que cadunt in definitione sunt separata a materia sensibili. Sed physica definitiones sunt ex his que sunt puncta materie sensibili et motui. vt sexto methaphysice.

Et licet cōsideratōes mathematice et physice differēt in hec diā nō facit. qz vna ducat ad veritatem et altera ad falsitatem. qz vna pcedit vere ex his qz vere sunt essentialia

Liber

Expositio q̄ est q̄stitas. et ideo abstrahit ille a sensib⁹ lib⁹ ad que non dependet q̄stitas in eo q̄ est q̄stitas. q̄re etiam abstrahens nō mentitur cum non considerat esse q̄stitatis in hac materia sensibili. sed physicus cōsiderat esse quārum constitutozum ex sensib⁹ lib⁹ p̄mixtis q̄z esse est ex motu. et concludit concepta cum motu et materia. et nō mentitur. tales em̄ sunt forme naturales q̄ sunt aque et hominis et passionū suarum que sunt calidum et frigidum. et albū et nigrum.

Tlatent autem hoc facientes et ideas dicentes. physici autē abstrahunt cum minus sunt abstracta mathematicis.

Nic pl̄s excludit errorē quorūdā p̄thagoricorū et platonis dicentū rerum physicaliū formas esse ideas separatas. putabant enim res eodem modo se habere ad esse sicut ad cognosci. cum igitur rerum physicaliū quiditates cognoscimus. non hanc singularem naturā rei physicalis cognoscendo putabant ipsi rerum physicaliū quiditates p̄existere ip̄sū. ut q̄ humanitas carneitas et huiusmodi forme naturales em̄ suas essentias nō habeant dependētiā ad materiaz sensibiliē. sed portius cēnt abstracea quēadmodum mathematica.

Fiet autem utiq̄b̄ hoc manifestū: si quis vtro rūq̄ dicere tēauerit terminos ipsorum et accidentium. impar quidem et par. et rectuz et curvū. Adhuc at linea et figura sine motu. Quod at et os et homo non adhuc sed hec sicut naris symitas. sed non sicut curvum dicitur.

Hic phyl̄osophus ostendit duabus rationibus. q̄ physicalia sunt de minus abstractis q̄z mathematicalia quārum p̄m̄a sumuntur in scientiis pure mathematicaz lib⁹. et sumuntur ex terminis. i.e. definitionibus physice et mathematice. qm̄ termini rerum physicaliū dant per materiam sensibilem et motum. termini aut̄ mathematicaliū a materia sensibili abstrahunt. ut patet inuenti definitiones essentiales mathematicorum et physicorum sive sunt subiecta questionū sive predicata. sive eozū passiones. passiones sunt par et impar. curvū et rectum. substantia aut̄ ut nūerus linea et figura. hec em̄ omnia definiuntur sine his que sunt in motu et in materia sensibili bus qualitatibus distincta. ut si dicatur q̄ par est numerus non habet medium. impar aut̄ est nūerus mediū habens. Qūrum aut̄ cuius mediū non est directe inter extrema. et rectum cuius mediū extrema cooperiunt. Numerus aut̄ est vnitatum collectio. et linea est longitudo sine latitudine. et figura q̄ntitas terminata linea vel lineis. nihil enim in his omnibus definitionibus est de principijs motus. v.l. de materia sensibili que motui sicutur vel mutationi. Quod autem et os que sunt substantia physica. et similiter calidum et frigidum. rarum et dēsum que sunt passiones predicati de his subiectis definiuntur per ea que sunt principia motus et commixtio nis materie ex sensib⁹ lib⁹ qualitatibus. ut symū in definitione sua concipit nasum. ut symitas est curuitas in naso. et clauditas est tibiae curuitas.

Demonstrant autem et que magis physica et mathematica ut perspectiva et harmonica et

Secūdus

astrologia. Contrario em̄ quodam modo se habent cum geometria. Geometria em̄ de physi ca intendit linea. sed non inq̄stum est physica. sed perspectiva quidem mathematicam lineaz non autem inq̄stum mathematica. sed inq̄stuz est physica.

Hic ponit secundam rationem que sumuntur in scientiis medijs que em̄ sui subiecti considerationem magis sunt sive appropinquant physice q̄z mathematice. ut p̄spectiva et harmonica et astrologia et scientia de ponderibus de ingenij de proportione velocitatum et iactuum que surgunt ex numerato pondere. ut si pondus viuis marche mouet tm̄ in horz. p̄odus duarū marcharū mouebit illud in diuidia hora. Scientia autem de sp̄era mo ta considerat proportionem situs et distantiam mobilium ex tanta velocitate vel tanta que p̄parat ad corpus minoris velocitatis vel maioris. Omnes em̄ iste fm̄ considerationem suorū obiectorum contrario modo se habent ad geometriam. Geometria em̄ haber subiectum sex lineam que est physica fm̄ esse. sed non accipit eam p̄ esse physicum. sed abstrahit a materia sensibili. Sed perspectiva considerat lineam que est mathematica sed nō abstrahit eā ut mathematicus. s̄ acceperat cōsiderat in physicis. sicut in lumine vel visu. et inquirit de ea mathematicas passiones. Et sicut iste scientie in quibusdam cōuenient. ita probatōnes suas aliquādo p̄miscent. ut patet de hoc. q̄ terra sit sphērica figura. De hoc em̄ physicus aliquā format rationem sive probationē geometriam dicens. q̄ si non esset sphērica nō diversificaret orbius et occasus astroz. Nec em̄ ratio est astrologica et est physico accommodata. et ideo nō dicit nisi q̄. qm̄ causam ppter quā terra est sphērica. nō habet dicere astrologus. Aliquando aut̄ astrologus de eodem probatōne facit physicā. sicut qm̄ dicit. q̄ terra est simplex corpos et simplici corpori competit figura simplex. Eiusm̄ simplex est que omnino est sine angulo. et non que in una parte habet angulum et in alia lineam. Nec enim p̄bario est physica. Aut etiam quando dicit q̄ terre p̄tes sunt graues. s̄ p̄tes graues equaliter festinat caderet circa centrum. et ideo cadit in circulo. Tales aut̄ p̄batōnes dicunt causam ppter quam terra est sphērica. et sumuntur in doctrinalibus ad facilitē doctrinā. Q̄s em̄ scientie disciplinales qm̄ in questionib⁹ suis habent subiecta physica circa ipsa inquirunt per causas mathematicas. et ideo etiam mathematice portius q̄z physice sunt scientie subalternare sive medie. Et hec ideo dicuntur ut sciat. q̄ scientia mathematica differt a physica. qm̄ natura nō est forma mathematica. ut quidam senserunt q̄uis male. Circa hunc textū mouet questio-

Utrum physica et mathematica sint distincte scientie. inter quas sunt quedam scientie medie. que magis mathematice q̄z physice sunt dicende.

Ontra p̄mā p̄te arguitur primo q̄ non. quia materialē scientie eandem scientiā specialem p̄tinentes sub

Physicorum

se distingunt inter se. physica autem et mathematica eamdem scientiam specialem sub se continent scilicet astrologiam. igitur non sunt distincte scientie. **D**inor patet. quod astrologia est pars mathematicae. et tamen sub ea continetur. et etiam est pars physice. quia physica considerat de sole et luna et de accidentibus eorum de quibus est astrologia. **S**ecundo. si ille scientie essent distincte. hoc esset ideo quia mathematicalia non concipiunt materiam sensibilem in suis definitionibus ut physicalia. hoc autem falsus est. igitur **D**inor patet. quod quicquid habet esse in materia habet definitio per eam. omnis autem definitio explicat esse rei. cum igitur ipsa mathematicalia habeant esse in materia debent etiam per eam definiri. **T**ertio. ille scientie non distinguuntur que eadem considerant conclusionem mathematica autem et physica sunt huiusmodi. igitur et ceterum. **C**ontra secundam preceps arguit sic. scientie medie opposito modo se habent ad mathematicam. Nam sicut mathematicae considerant aliquid sensibile materie punctum finitum et separatum. ita scientie medie considerant aliquid mathematicum sensibili materie coniunctum. igitur sunt magis physice quam mathematicae. **P**ro veritate primi est **A**resto. in textu. **O**st. p. scd. est commentator. Ost pro intellectu istius questionis mouentur duo discursus. quorum maior primi est ista.

Physicus definit per materiam sensibilem a qua abstrahit mathematicus considerans solum formam. **D**inor. Que materie sensibili est coniuncta finitum rem. ab ea tamen est separabilis finitum rationem. **L**onclusio. Igitur mathematica et physica sunt diverse scientie. quis aliqui possunt de eadem re intendere.

Maior patet ex eo quod definitio est rei notificativa ad intellectum. physicalia autem intelliguntur intellectu ad sensum reflexo et finitum esse eorum naturale quod habent in materia sensibili. ut patuit in principio primi physicorum. **O**st enim physica substantia qualitate et quantitate sensibili determinata. sed mathematica considerat solum quantitatem non considerando cum ea qualitatem sensibilem. ex quo quantitas finitum ordinem naturae qualitatem sensibilem praevenit. et ita potest sine ea intelligi et definiri. **O**t ideo cum res multipliciter intelliguntur. ita etiam multipliciter definiti habent. Nam intelligens rem solum per sua accidentia et suos effectus definit eam definitione descriptiva. **S**ed intelligens re per principia sua essentialia definit eam definitione quiditativa. Nec autem definitio diversificatur finitum realium modorum essendi unius et eiusdem intelligibilis diversitatem. Nam una et eadem res intelligibilis accipi potest finitum quod est sub quantitate et qualitate sensibilibus. et sic definiti habet per materiam sensibilem non solum ex parte intellectus nostri intelligenter rem. sed etiam ex parte ipsius intelligibilis et illa eadem res accipi potest finitum eam quod est sub quantitate et qualitate sensibilibus. et sic habet definiti per formam et non per materiam sensibilem. et ita definit mathematicus ut per circa declarationes textus et finitum quod eadem res pruenit quantitate et qualitate sic definit physicus. **S**ed diceres mathematicus et metaphysicus definit per materiam. igitur non solus physicus per eam definit. **A**d hoc domini est. quod mathematicus non abstra-

Aristotelis

hit a materia simpliciter quam non a materia imaginaria. sic nec metaphysicus a materia intelligibili. tamen abstrahit a materia sensibili per quam definit physicus. **S**ed contra mathematicalia sunt accidentia igitur debet definiti per materiam sensibilem. et per sequens sunt puncta materiae sensibili. **A**d hoc domini est. quod duplex est definitio accidentium. quedam est que datur per additamentum. **A**lia est quiditativa resolutio. per hoc domini est. quod oportet accidens definiri per suum subiectum definitione data per additamentum. non autem oportet accidens definiri per subiectum definitione quiditativa. et sic non definitur per subiectum. **D**inor patet. quia ea que finit esse sunt puncta in rebus existentibus. dummodo essentialiter ad initium non dependent possunt per rationem separari quoniam intelligit unumque per ea que sibi sunt essentialia. quare finitum possunt separari mathematicalia a materia sensibili. **C**onclusio patet. quo ad primam eius partem. quoniam scientie sunt distincte que habent diversos modos definiendi inter se. cum modus definiendi sit scientie proprius. physica autem et mathematica diversos habent modos definiendi. ut patet ex dictis igitur. **P**reterea sicut se habet potentia ad obiecta. ita se habent scientie ad subiecta. sed potentia distinguuntur specie ex distinctione obiectorum. igitur et scientie ex distinctione subiectorum sed clarum est quod physica et mathematica diversa habent subiecta. igitur sunt ab unicem distincte. **D**icitur secundi discursus est ista.

Inter mathematicam et physicam sunt quedam scientie medie que non sunt pure mathematicae nec pure physicae. sed conuenientur eis utrilibet. **D**inor. Iste scientie considerant quid mathematicum. tamen ad sensibilem materialiam contractum. **L**onclusio. Igitur scientie medie sunt magis mathematicae quam physici cedidisse.

Maior patet per **A**resto. in textu. Nam medium est quod aliquid pertinet de virtutibus extremitatum. sed sic est per participantem scientie medie aliquid de mathematica et de physica. igitur sunt aliqua scientie medie. sicut armonica. astronomia. perspective. et ceteras. ut patet ex supra declaratis circa textum. **S**ed dices inter metaphysicam et mathematicam non sunt scientie medie. igitur nec inter mathematicam et physicam. Consequentia probatur a simili. **A**d hoc dicendum est. quod non est simile. quoniam non est talia conuenientia inter metaphysicam et physicam. sicut inter mathematicam et physicam. quod mathematica et physica aliquando suas rationes prouident. ut patuit circa declarationem textus. **E**t etiam mathematica est taliter materie sensibili puncta licet non finitum. metaphysica vero est simpliciter a materia sensibili abstracta. **E**t dicitur scientie extreme vel medie ex parte scibilem et non. quod in sua natura prouident inceptum sunt habentes scientifici. **O**t considerandum est. quod metaphysica est de his que sunt abstracta finitum re et rationem. et hoc de principiis taliter in ea consideratis. et ideo substantiae corporeae materie sensibili puncta. non principaliter in metaphysica considerantur. **I**s substantiae incorporeae. quod sunt separatae. **E**t si aliquis dicere. Maior per metaphysicam est de substantiis corporeis igitur principiis considerat. **A**dhoc est domini per interpretationem

Liber

Secundus

onem cōsequentie. qm̄ licet in maiori parte metaphysice determinetur de substantijs corporeis quo ad libros translatos, tamen hoc est minus principaliter in quantum scilicet nos in cognitōem substantiarum separatarum ducant. Et ideo licet metaphysica in aliquibus in ea consideratis minus principaliter cōmunicet sūm rem siue materialiter cuz illis in mathematica et physica consideratis. non tamen conuenit ipsa sc̄z metaphysica cum potioribus in mathematica et physica contentis. **M**inor pater induciue ut astronomia considerat magnitudinem de qua considerat geometria. Non autem eam considerat absolute. sed in q̄stum est mobilis. **O**ctiam armonica. hoc est musica numerum considerat. non autem absolute. sed in q̄stum contractus est ad sonum. et sic de alijs scientijs medijs. Et q̄uis physica consideret substantiam quantū ad esse sensibilis nature contracram. et similiter scientie medie differentiā modo. quia physica considerat substantiam q̄staz sūm legem qualitatum sensibilis medie autem considerat qualitatem sensibili sūm passiones mathematicas tali rei inesse demonstrantes. pure autem mathematice rem quantam considerant qualitatē sensibili precisa. **C**onclusio pater qm̄ scientie magis demonstrates per media mathematica q̄ p media physica. sunt magis mathematice q̄ physice scientie at medie magis demonstrant per media mathematica q̄ physica. ergo sunt magis mathematicae. **P**reterea ille scientie sunt magis mathematicae que procedunt ex principijs mathematicis ad demonstrandum passiones de subiecto. sic autem est de scientijs medijs. **M**aior pater. quia denominatio magis fit a principijs q̄ subiecto aut conclusione. **O**ctiam enumerantur inter artes liberales ut clare pater in istis versib⁹. **G**ram loquitur dia vera docet re verba colorat. **D**u canitur numerat. geo ponderat. as colit altra. non autem physica. igitur zc. **O**ctiam pater per Aristotelem primo posteriorem ubi enumerat scientias medias inter scientias mathematicas. **T**ot est sciendum. q̄ scientie medie sc̄z armonica. astrologia perspectiva cōsiderant subiecta mathematica sūm esse contracea ad materiam sensibilem et de ipsis demonstrat. ut in pluribus passiones mathematicas per media mathematicalia. ut perspectiva considerat lineam mathematicam. sūm esse contractaz ad visum. et ipsa verius demonstrat passiones mathematicas. ut sunt rectum et curuū et sic de alijs per media mathematica cum ipsa sit subalterata geometrie. et ideo p spectiva econtrario modo se habet ad geometriam. q̄a geometria considerat lineam physicam non in q̄stuz physica est sed mathematica. et perspectiva considerat lineam mathematicam sed nō ut mathematica est. sūm ut physica. et sic ille scientie ex parte subiectorum habent suenientiam cum physica et ex pte passionū cuz mathematica et etiam ex parte principioruz. ideo dicuntur medie inter mathematicaz et physicam. **P**ro quo aduentendum est. q̄ ille scientie non nunq̄ demonstrant per media physica. licet tñ media mathematica sint eis magis proportionata. ut ista cōclusio. terra est rotunda. demonstratur in astrologia per medium mathematicum. qm̄ sol et stelle citius oruntur orientalib⁹ in partibus q̄ occidentalibus. et hoc non est nisi propter rotunditatem terre. et etiam per medium physicum. quia omne illud cuius partes sunt equaliter graues. equaliter cadunt

ad centrum. terra autem est huiusmodi. igitur zc. **E**t quia in scientia cōclusio se habet ut materia. et lumen principiorum in quo securt cōclusio se habet ut forma. et quia denominatio magis est a forma q̄a a materia ideo scientia magis denominatur a principijs q̄a a conclusione. q̄r sicut principium in speculabili se habet ita finis in agilibus. **E**t quia agibilita denominatur a fine. ideo speculabilia a principio denotantur.

Ad objecta i opposituz

Ad primum contra primum est dicendum. q̄ astrologia non est eodem modo pars mathematice et physice. quia ratione subiecti est aliquo modo pars physice. ut dictum est. ratione autem principiorum quibus demonstrat est subalterata scientia. **E**t licet mathematicus et physicus eandem rem considerent materialiter. Non tamen formaliter ut lineam superficiem et alias q̄stutes. considerat enim ea physicus prout sunt termini rerum naturalium. **M**athematicus vero considerat ea sūm rationes proprias et quiditates non respicēdo subiectum et illo modo abstrahuntur a motu et a materia sensibili.

Ad secundum est dicendum. q̄ omnis definitio explicari esse quiditatum rei. sed non oportet q̄ explicet esse accidentale rei. modo materia sensibilis est quoddam accidentale respectu entium mathematicarum non q̄ sibi posse abesse. sed quia materia sensibilis est extra intellectum illorum entium. et hoc modo etiam inferius dicitur accidere superiori. non quia posset abesse. sed quia est extra intellectum eius. ideo non oportet in definitionibus mathematicorum ponere materiam sensibilem. q̄q̄ ipsa ponatur in definitionibus physicalium. illam tamen materiam sensibilem physica concipiunt sūm tres differentias. quedam enim in suis definitionibus determinatarum concipiunt subiectum in specie ut simili claudum. quedam eleuantur plus et concipiunt materiam siue subiectum in genere determinatum et non in specie. ut caro os medulla et huiusmodi. quedam autem adhuc generalius querunt subiectum quod distinguibile est contrarietate sicut album et nigrum. calidum et frigidum. rarum et densum et huiusmodi. omnia tamen hec minus abstracta sunt mathematicis qm̄ nullum mathematicorum in sua definitione concipit subiectum sensibili qualitate distinctum. sed sic concipit in sua definitione sicut facit passio mathematica. hoc est imaginabile aut intelligibile solum.

Ad tertium est dicendum. licet eandem cōclusionem demonstrant. hoc tamen diuersimode. quia physicus per principia physice. et mathematicus per principia mathematicalia. verum tamen est ut pater ex dicit. q̄bō nitrate doctrine coringat uti principijs physicis in mathematica. et contra principijs mathematicis in physica. **A**d argumentum contra questum formatum dicendum est. q̄ scientie medie ex pte subiectorum sūm se consideratorum sunt bene magis physice. tamē quo ad principia et passiones et modum doctrinandi sunt magis mathematicae uti probatum est. **E**t est notandum q̄ subiecta in scientijs medijs duobus modis considerari possunt. Uno modo materialiter et sūm se. sic forma lius in subiectis sciaꝝ medianarum est physicum. et p̄ q̄s principale. Alio modo considerari possunt formaliter

Physicorum

et proprietates. sic principale in subiectis scientiarum me-
diarum non est physicum sed mathematicum.

Incidunt dubia An-

triplex sit modus definiendi. **O**cet videtur quod non.
quia materia sensibilis non separatur a materia imagina-
bili. igitur non est triplex modus definiendi. **S**ecun-
do omnis scientia abstrahit a materia. igitur abstrahi a
materia non proprie conuenit mathematico. et per conse-
quens non erunt tres modi definiendi. **S**olutio quod sic.
vnuus quidem modus definiendi est per materiam sensi-
bilem. hoc est per materiam acceptam sicut ordinem ad
qualitates sensibiles. quia naturalia definiuntur sub ha-
bitudine ad motum. sed aliquid ideo mouetur. quod habet
in se materiam sensibilem sicut em qualitates principia quod
bus aliquid actualiter corripitur alteratur aut augme-
tatur. **E**xempli gratia. homo est res physicalis. et defi-
nitur per corpus humanum quod est corpus non soluz
habens in se figuram sive constitutatem. sed etiam necessitate est
tale corpus habere complexione que est vnuus qualitatum
primarum. **A**lius est modus definiendi cum materia
imaginabili. hoc est cum materia accepta per ordinem ad
constitutam que proprie cognoscit per imaginationem. ergo tales
materias definit mathematicus quod forme mathematica
les non sunt oino separata a materia. igitur quod per materiam
definiatur. cum vnuus quod habet definiiri sicut habet esse.
Exempli gratia figura triangularis est aliquod mathe-
maticale habens aliquam materiam. non tamen respon-
sor etiam sicut in ea sunt qualitates sensibiles. **T**ertius
modus definiendi est omnino sine materia. et ille est pro-
prius metaphysico. quia ipse determinat de rebus a ma-
teria separatis. virtute de substantiis separatis. **O**cet qui
bus pater. quod physica definit per materiam tam sicut
est rationem mathematicus vero per materiam defi-
nit sicut rem. non autem sicut rationem. metaphysicus ve-
ro abstrahit a materia tam sicut rem quod sicut rationem.
Ad primum est dicendum. quoniam sint idem sicut rem vel
subiecto. differunt tamen sicut naturalem ordinem in-
tellegendi. et sic ratione differunt. quoniam naturaliter prius in-
tellegitur materia sicut et imaginabilis est. quod sicut et sensi-
bilis est. quod naturaliter materia prius habet ordinem ad
constitutam quod ad qualitatem. **A**d secundum est dicen-
dum. quod duplex est abstractio. quedam est abstractio vni-
uersalis a singularibus. ut homo a forte platone. vel ma-
gis vniuersalibus a minus vniuersalibus. ut genus a suis
speciebus. ut animal ab homine equo. et talis conuenit
cuiuslibet scientie. **A**lia est abstractio forme a materia et illa
est duplex. quia aut abstractio talis est oino a materia
aut a materia sensibili prima considerat metaphysicus.
secundam vero mathematicus.

Secundum dubium est.

An abstrahentium sit mendacium. **O**cet videtur quod sic.
quia intelligens rem aliter quod est. videtur mendaciū co-
mittere. intelligens autem mathematicalia esse sine materia
aliter intelligit rem quod est. igitur. **S**olutio quod non. vt
patet per Aresto. in terra. **O**ratio potest assignari talis.
quia vnuus quod potest intelligi sine illo quod est extra
eius intellectum. Illa autem que sunt cōiuncta sicut esse non
vnuus sic se habent quod vnuus est extra alterius intellectum.

Arestotelis

vt album et dulce in lacte. ideo in pūctis sicut esse vnum
potest intelligi segregatum sine alio. et ideo in talibus potest
vnum ab alio separari. cum abstrahere nihil aliud est. quod
inter illa que sunt pūcta sicut esse intelligere vnum sepa-
ratim. alio non intellecto. **O**cet ad opositum dicendum est
quod dupliciter contingit rem aliter intelligi quod est. **U**no modo
in prima operatione intellectus et tunc sine omni
inconveniente res potest aliter intelligi quod est. cum in pri-
ma operatione intellectus vnum per intelligi alio non coin-
telligendo. quoniam a parte rei sunt pūcta. **A**lio modo in se-
unda operatione intellectus sicut remouendo vnuus ab alio
per negationem et illo modo non contingit intelligere ea quod
sicut rem sunt coniuncta sine falsitate vel inmediato.

Quoniam autem natura dupliciter dicitur spe-
cies et materia. sicut de simo quid sit inten-
dimus. sic considerandum est. quare neque sine ma-
teria hinc neque sicut materia.

Istud est secundum capitulum huius tractatus in
quo phis intendit determinare de quibus naturalis phi-
losophia habet considerare dicens. quod habet considerare
de duplice natura scilicet specie hoc est forma. et materia. **O**cet
hoc probat. quoniam consideratio naturalis phis est sicut consi-
deratio symi. ut patet capitulo precedentem. **S**ed autem
non nominat curiositatem tantum que est forma. nec na-
sum tamen qui est materia. sed vnuus nominat. igitur naturalis
philosophus non considerat formam sine materia.
nece materia sine ordine ad formam. quia considerare
formam sine materia et considerare materiam non in co-
paratione ad formam sicut sicut est vnuus eorum que
dividuntur sicut in actum et potentiam. et sic est eius
consideratio prime philosophie.

Ceterum nam et de hoc quis dubitabit du-
pliciter. quia due nature sunt de qua est physi-
ca. aut de eo quod est ex virtutibus. sed si de eo quod
est ex virtutibus. et circa virtutibus. igitur eiusdem aut
alius virtutibus cognoscere.

Nec consequenter Aresto mouet duas dubitatio-
nes. ex quo dictum est. quod naturalis philosophus habet
determinare de specie et materia. **Q**uarum prima est.
cum sint duas nature scilicet forma et materia. de qua illas
est physica. aut sit de virtutibus. hoc est de composito
naturali. **Q**um enim de rebus diversis diverse considerant
scientie quod scire secundum sicut et secundum res considerante in
scientiis. et ideo cum forma et materia sint diverse res.
videtur consideratio de ipsis esse diversarum scientiarum.
Et si una scilicet physica est de virtutibus. tunc oportet quod nego-
tiatur circa virtutibus cum sint diverse. et sic dubitatur an
eiusdem scientie aut alterius sit virtutibus cognoscere.

Secunda dubitatio est. cum supra dictum est. quod du-
plex est consideratio materie scilicet eam considerando sicut
se. inquit est vnum de entibus. et considerando eam
sicut proportionem quam habet ad formam. **A**n eius-
dem scientie sit considerare materiam vroque modo sum-
ptam. cum enim idem et vnum sit de consideratione eius-
dem scientie et materia sit una vroque modo considera-
ta. una quidem subiecto et non sicut esse. forte alicui vide-
bitur. **A**nd vnam et eandem scientiam vroque considera-
tio materie pertinere.

Liber

In antiquos quidem em̄ aspicienti videbit
utiqz esse materie. ex pua em̄ parte quandam
empedocles et democritus speciem et qd̄ quid
erat esse tetigerunt.

* figuris

Notandum
est hoc

Nic phs soluit primā questionē fm̄ opinionem anti
quorū dicens. si aliquis dca antiquorū bene inspicat vi
debit. q̄ physice p̄sideratois nō sit nisi materia. q̄ omnes
physici antiqui naturam dixerunt esse materiam. et physi
cam sciam esse p̄fectaz in materie cognitōne. sicut fecit
antiphon. Et pua em̄ pre qd̄ eoū viderūt formā si
cūt empedocles et democritus. et illi etiam formā sub
stancialē que vere natura est nō viderūt. sed empedocles
dixit formā esse harmoniā p̄plexionis. et tamē non est for
ma nisi materialis. Qe democritus dixit formas rerū
resultare ex his et dispone et ordine at homozū in corpo
ribz p̄positis. et illas formas dixerūt et rep̄ quiditaires
q̄ dant esse rebus naturalibz. et cuī ista nō vere sunt forme
substantialibz s̄ q̄dam p̄paratōnes materie ad recipien
dum formam. p̄tac q̄ ex pua pre forma retigerit. Ideo
si quis obediatur istis. scia physica erit perfecta in materie
p̄sideratōe absq; eo q̄ ponat aliquā p̄sideratōem de for
ma. Sed istud est valde mirabile in tantis viris. q̄ pura
uerū p̄sideratōem physica eē p̄fēcta in ea fm̄ qd̄ nō sci
res nisi in potētia. qm̄ si talis scia ess̄ sufficiens tūc vna
scia sufficeret ad sciendū oīa generabilia. q̄ oīm eoū est
materia vna. et hec scia ess̄ de eoū materia. et sic scire na
turalia esset multū breue et leue. et vel nihil habens dif
ficulatēt. Pro intelligētiam ēm̄ et scientiā dicitur.
Et physici illi dicentes naturam oīm esse materiam dixerunt
allam esse signatam et distinctam per formā sicut est ter
ra q̄ ignis aer vel mediū horū vel plura ex his aut oīa
et formas esse accīta que apparet solum et nō sunt. et oīa
naturalia dixerūt esse vnu s̄ apparere diuersa. et ideo
materialis p̄ncipī sciam sufficere dixerūt ad verā scien
tiā omnium naturalium. hec aut̄ solutio non est vera.
vt patet infra.

Si autem ars imitatur naturam. eiusdē aut̄
scientie est p̄gnoscere speciem et materiaz usq;
ad hoc ut medici sanitatem et coleram et fleg
ma in quibus est sanitas. Similiter autem et
edificatoris est speciem domus et materiam.
qm̄ lateres et ligna sunt. Similiter autem et
i alij. et physici erit p̄gnoscere utrasq; naturas

Nic phs ponit tres rationes. quibz probat. q̄ eiusdē
scie est p̄siderare utrasq; naturā. Quaz p̄ma est ars im
itatur naturā. s̄ eiusdem artis est p̄siderare formam et
materiam. q̄ ars mechanica in suis opibz imitatur naturā
in hoc q̄ inducit formā super materiam determinatā. et
illi forme proportionatam. quare etiam scit etiam mecha
nica p̄gnoscit spēm hoc est formā ita p̄gnoscit etiā mate
riam usq; ad hoc. q̄ proportionē etiā spēi quā inducere in
tendit. sicut medicus sanitatem p̄gnoscit que est species
finaliter intenta a medico. sed q̄ hanc nō inducit nisi in
quadam materia sanitati p̄parata. ideo cognoscit etiam
materiam fm̄ q̄ p̄portionatur forme que est p̄plexio et
p̄mixtio hñorū ex colera flegmate sanguine et melancon
ia in quibus est sanitas inducta a medico. Similiter ac

Secūdus

edificator. qm̄ vult inducere formā domus. oportet ip̄m
p̄gnoscere lateres et ligna inq̄stum p̄portionant forme
domus q̄ inducitur in ip̄is p̄positis. et similiter est i om
nibus alijs artibz mechanicis. Qm̄ igitur ars naturam
imitetur. ideo oportet etiā fieri sic aliquo modo in na
tura. et p̄ p̄nis physica de natura p̄siderans. deber cōsider
are spēm p̄ncipaliter. et materiaz fm̄ q̄ est p̄portiona
tata spēi. et sic per hoc p̄t p̄sideratio ad primā questionem
inductam. Qm̄ in veritate si forma et materia accip
antur put sunt diuersae p̄tes entis diuidentes ens in eo
q̄ ens. non prinet earum p̄sideratio ad vna sciam p̄tici
arem. s̄ potius sic eas cōsiderat vna sc̄tia vniuersalis
que considerat ens inq̄stum ens. et reducit ad ens p̄tes
eius inter quas sunt forma et materia que sic vniuentur
in ente. q̄ in vna scia cōide eis p̄sideretur. S̄ si accipia
tur p̄sideratio forme que cum materia p̄cipit in defi
nitōne. et materia illi forme sit p̄portionata inq̄stum ha
bent vnitatē p̄portionis ad inūcē et analogie. sic sunt de
p̄sideratōe vnius scientiae p̄icularis corpus mobile cō
sideratōe inq̄stū est mobile. et hec est physica. ideo ipsi
venit de eis p̄siderare. Per hoc etiam pater solutio ad
altā dubitatōem. qm̄ materia redacta in ens. sicut redu
citur ps ad totum quod diuidit habet p̄siderare p̄m̄
phs hoc est meraphysicus. q̄ illa nō est p̄portionata for
me que simplicitate et maxime natura est. nec ip̄a hoc mo
do naturale p̄ncipium est q̄ si non est priuatōmūxtra
quare hoc modo non subicitur motui s̄ physicus habet
p̄siderare materia que est forme p̄portionata p̄ priuati
onem que est in ipsa inchoans formā p̄pter hoc q̄ habet
cū forma vnitatē p̄portionis et analogie.

Adhuc autem cuius causa sit et finis eius
dem et quecumq; sunt propter hoc. Nam aut̄
finis est. et cuius causa sit. quorum enim con
tinui motus existentes est finis aliquis motus
hoc ultimum est et cuius causa sit. vnde et poe
ta derisorie apposuit dicere hunc finem cuius
quidem causa effectus est. Vult em̄ non om̄e
vltimum esse finem. s̄ optimum

Hic phs ponit secūdā rōem istā. sc̄ eiūdem scie est
considerare id quod est ad finem cuius causa sit. et que
cumq; sunt ad finem ordinata. sed natura existēt forma
est finis cuius causa sit quicqd sit in natura. ideo eiūdē
scie sc̄ physice est p̄siderare formam et ea que sunt p̄
pter formam. sicut materia et efficiēt. Major p̄batur.
q̄ ex fine sumitur rō mediorū ad finē. Minor p̄batur.
q̄ quorūcumq; termini motus existētis est vltimū alijs
motus. illud est finis propter qd̄ sit rotū qd̄ sit. s̄ om̄is
motus naturalis termini existētis forma est vltimū in
motu substantiali. ideo forma est finis oīm aliorū. et p̄
sequēs est natura. Dicitur em̄ termini motus et vnu
q̄ si nō esset motus vnu vltimū nō necessario esset fin
is. qm̄ vltimū quod incidit ex necessitate et corruptio
ne materie mobilis aliqñ non est finis mouētis neq; mo
tus. sicut ēmors vltimū viētis quod est malitia com
plexionis eius quod mouēt incidit p̄pter intentionem
motoris. Et ideo mors non est finis p̄pter quē sit. qd̄
qd̄ sit. et ideo homerus poeta apposuit deridēdo quēdāz
qui dixit q̄ cū mortuus fuerit haberet finē p̄pter quē
factus fuerat. Non em̄ factiōis sue finis et vltimū fuit

Physicorum

mors. cu[m] mors incidat p[er] intentio[n]em nature particula[r]is. et hoc ex subiectu[m] malicia et corruptio[n]e. Non em omne vltimu[m] est finis. sed vltimu[m] et optimu[m] in quod dirigit mo[r]tor inten[t]o[n]em. hoc aut[em] motor aliquu[m] p[ro]sequitur p[er] vnu[m] motu[m]. aliquu[m] per omnes. per vnu[m] quidem motor particula[r]is in generatione p[ro]sequitur formu[m] que est finis eius. et ideo est natura. per omnes aut[em] p[ro]sequitur motor vnu[er]salis generatio[n]is perpetuitatem. et ille est finis intentus ab universali natura. ut patet secundu[m] perigenesos. hoc est secundu[m] de generatione.

Quoniam autem faciunt artes materiam alie quidem simpliciter. alie autem operose. et vniuersitatem p[er] nos omnibus que sunt ab arte. sumus em nos quodammodo finis omniu[m]. Dupliciter em est id cuius causa sit. Dictum est autem de his in his que de prima philosophia sunt. Due em sunt p[ri]ncipiantes materiam et cognoscentes artes. que vniuersitatem et factitia que architectonica. Unde et visualis architectonica quodammodo est. Differunt autem sibi q[uod] hec quidem speciei preceptiva et architectonica. Alia autem vniuersitatem materie. Gubernator em qualis sit species aliqua temonis cognoscit et instituit. Alius autem ex quo ligno et qualib[us] illis erit. In his quidem igitur que sibi artes nos facimus materiam p[er] opus sed in physicis inest.

Nic[olaus] phys ostendit. q[uod] physicus habeat considerare tam formam q[uod] materia forma tam magis p[ri]ncipaliter. et hoc ostendit phys ex omnibus artiū mechaniciū considerato[n]em. Quidetur em artes in tres species artiū. Artes in mechanice considerant materiam dupliciter. quedam em considerant eam. similiꝝ ut in eam inducant formam. sicut edificator domus considerat lateres et ligna in quibus inducit formam domi. Alio p[ro]p[ter]o considerant eam operose. hoc est operando actum ad quae est preparatio apotelesma artis in materia determinata. sicut facit miles operando in gladio ac cum quem facere non possit nisi esset ex ferro. et economia hoc modo operatur de domo. Artes autem que sic operose vniuer[ti]nt apotelesmatibus artiū. vniuer[ti]nt eis ad utilitatem omnium in ciuitate. et ideo ciuilis omnia artificia habet ordinatio[n]em ad utilitatem primu[m]. q[uod] nos ciuiliter viuentes sumus quodammodo finis artificialiu[m] omnium. hoc est cuius causa sit aliquid illud est similiꝝ finis. et hic sumus nos. sed finis factientis materiali et eam preparantis est forma artificia[ti]. et ideo dictum est. q[uod] nos sumus quodammodo finis et non similiꝝ. et quia sumus quodammodo finis artificialiu[m]. ideo vniuer[ti]nt omnibus. Et sic finis de dupliꝝ scilicet forma ad quam terminat actus efficiens et motus materie. et finis ad quem refertur vnius rerum. Quor[um] autem modis dicatur finis. dicitur in quinto libro prime ph[ys]ic. Sic ergo patet q[uod] in genere sunt due artes mechanice que p[ri]ncipaliter partecipant materiam et cognoscit eam. quarum una est que vniuer[ti]nt apotelesmatum factum. sicut militans vniuer[ti]t gladio et economus domo preparata. Et illa dicitur architectonica. hoc est principalis operatio respectu actus que preparat apotelesma. visualis vero que est quodammodo architec[t]tonica que p[ri]nceps est in opere artis. Et hec est duplex

Aristotelis

que em habet p[ri]ncipaliorum fines illa ad p[ri]ncipalius bonum vniuer[ti]tur sicut militaris se habet ad equestrem. et equestris ad frenifac[re]ces. et architectonica est respectu illius. Dicitur em princeps in opere qui verius causas operis cognoscit. et hoc modo fabrilis architectonica est ad eam qui vniuer[ti]t gladio. quoniam verius cognoscit formam et materiam gladii q[uod] illa que gladio vniuer[ti]tur. quia nisi formam gladii cognosceret non induceret eam ex arte. et nisi cognosceret materiam gladii non induceret ea plus in ferro bono q[uod] in alia materia. Et licet etiam visualis cognoscat virtutem formarum scilicet et materiam non tamen ita cognoscit q[uod] ipsa sunt principia usus gladii. sed potius vniuer[ti]tur eo ex arte militari. et cognoscit materiam et formam ad usum et non amplius. Unde architectonica que facit apotelesma est factitia materie. sicut gubernator cognoscit qualis sit species sive forma themonis. et instituit eam ex ligno finem ordinem ad usum gubernationis. et ideo gubernativa visualis est. Alius autem est artifex qui est faber lignarius namque. qui est architectonicus secundu[m] modo dictus. qui cognoscit ex quo ligno sit et quibus motibus in illo possit induci forma themonis. Sic igitur tres sunt species artium. scilicet simpliciter architectonica. que em facit apotelesma artium et fabrilis. Alia est simpliciter visualis. que nunquam facit apotelesma. sed tamen vniuer[ti]tur apotelesmate facto ad utilitatem ciuitatis. sicut economica militaris et ciuilis. et hec dicitur aliquando architectonica a p[ri]ncipalitate esse finalis artificialium. cui ipa est propinquior. et est media inter eas que est et visualis et actua alicuius apotelesmatum. et lanarium quod vniuer[ti]t lana et filii lanarum. et facit textram et refert eam ad usum ciuitatis. In omnibus autem his est differentia physicalium et artificialium. quia in artificiali lib[er]tate preparatur a nobis materia ad opus artis. eo q[uod] forma artis in se non habet. Sed in physicis non facit natura materiam. cum ipa sit in generabilis et incorruptibilis. et in se habet formam inchoatam. Et h[ic] iam dicitur conclusum q[uod] sicut omnes artes aliquo modo considerant materiam propter formam q[uod] formam p[ri]ncipaliter. ita etiam physica considerat materiam propter formam.

Amplius eorum que sunt ad aliquid materia est. in alia em specie alia materia.

Nic[olaus] ponit tertiam rationem. Illa que sunt ad alijs quid spectant ad unam scientiam. quoniam unum relatum cognoscitur per reliquum. materia autem et forma sunt ad aliquid. igitur spectant ad unam scientiam. Hinc pater. quia qualiter materia habet formam sibi subordinatam. Et tamen est intelligendum. quando dicatur materia est numero eorum que sunt ad aliquid. ita scilicet q[uod] sit de predicamento relationis. quia sibi esse non est ad aliquid. sed quia materia physica non est sine respectu comparacionis. eo q[uod] per priuationem habet comparacionem ad formam. q[uod] inter materias proximas in alio specie rerum naturalium alia est materia speciei. ergo in alio genere est alia materia genere. quia sicut se habet materia disposita in genere ad formam generis. et materia disposita in specie ad formam speciei. ita se habet materia prima in physicis ad formam primam physicam. igitur omnis materia habet ad formam comparacionem. et per consequentem oportet physicum cognoscere materiam in quantum forme naturali comparatur. sed cognitio materie non sufficit. quia sibi hoc imperfectum est physicum negat.

Liber

tiū si cognoscerentur physicalia in potentia et non in actu. Etiam cum materia non sit cognoscibilis nisi per analogiam ad formam. oportet et omnis cognitio a forma inscipiat. et ideo cum materia dicatur in respectu ad formam non erit ipsa cognoscibilis nisi cognita forma. igitur neceſſarum est physicum utramque naturam. scilicet materiam et formam considerare.

¶ Usque ad quantum ergo physicum oportet cognoscere speciem et quod quid erit. aut quemadmodum medicum oportet considerare neruum. et fabrum est usquequo. Quibus enim causa vnumquodque circa hec que sunt separate quidem species in materia. homo enim hominem generat ex materia et sol. Quomodo ergo se habet separabilis et quid sit philosophie prima est determinare.

Nec consequenter philosophus removet unam dubitationem. ex quo iam dictum est. quod naturalis philosophus habeat considerare de forma et materia. et est ista. En naturalis philosophus habeat determinare de forma quo uis modo considerata. Et responderet philosophus quod non quoniam sicut physicus cognoscit materiali non inquantum est pars entis. sed usquequo proportionatur forme. ut medicus considerat neruum non inquantum neruum est. sed inquantum est subiectum sanitatis. Et fateretur considerat es inquantum es est subiectum statue aut idem. quia propter formam est unaqueque materia. et ideo consideratio est de ipsa fini proportionem quam habet ad formam. ita et conuerso physica consideratio est de forma que est actus materie. et educitur de materia per motum quia illa materie physice proportionatur. Extraen circu separatas species sicut sunt motores stellarum inquantum per effectum sui motus impressiones earum sunt in materia. Et quod impressiones separatorum a materia generabilium sunt in materia. Pater per hoc quod ex materia hominis homo generat hominem et sol et motor solis. et ideo oportet considerare separata inquantum impressiones eorum per motum celestium sunt in generabilibus et corruptibilibus de ista materia patebit latius in libro de celo et mundo. et quo ad effectum quem habent universa littera in libro de generatione patebit. tamen quantum ad effectum quem habent in particulari generatione patebit in libris de animalibus et plantis. Sed qualiter forme se parate non relate ad materiam generabilem se habent et quid sunt et quot numero. et in quo ordine spectat ad ipsum philosophum.

Quæſio **Oīra textum expositū**
mouetur questio. Utrum ad unam scientiam physicam spectat considerare materiam et formam

Ecce videtur primo quod non. quia solum illa sunt de consideratione physici que a materia dependente et suum esse habent in materia. forma autem non dependet a materia. cum multe sine forme separate. igitur forma non est de consideratione physici. **S**ecundo sic. quæcumque consistantur in aliqua scientia detinent inter se habere aliquas

Secundus

unitatem. forma autem et materia non habent inter se ali quam unitatem. cum sint essentie simpliciter distincte. igitur non habent considerari in eadem scientia.

Tercio si physicus consideraret materiam primam. tunc oportere tam probare. aut igitur hoc fieret per priora. aut per posteriora. neutrum illorum est dicendum. igitur secundum. Non per priora. quia prius materia prima nihil est nisi ens et principia entis finis quod est ens. et talis consideratio spectat ad metaphysicū. Non per posteriora. quia tunc talis probatio non faceret scire. **Q**uarto. nulla ars considerat materiam communem omnibus rebus artificialibus conuenientem. igitur nulla scientia dicitur considerare materiam communem omnibus rebus naturalibus conuenientem. Consequentia probatur a simili. **Q**uinto sic. non est una scientia numeri et numeri sonori considerativa. igitur nec una est forme et materie considerativa. An cedens probatur. quia musica est de numero sonoro. et arithmetica de numero. Consequentia probatur. Nam sicut numerus sonorus non cognoscitur nisi finis proportionem ad numerum simpliciter. ita nec in materia cognoscitur nisi finis proportionem ad formam. igitur sicut illa pars facit diversitatem scientiarum ita et ista. In opus positum est philosophus in textu. Et pro intellectu istius us questionis ponuntur duo discurſus. Quorum maior primi est ista.

Physica est de rebus coniunctis sensibili et materie re et ratione. **D**inor. Quales sunt res physice ex materia et forma constitutae. **C**onclusio. Igitur conueniens est determinatio Aristotelis. duplē naturam scilicet formam et materiam considerantis.

Auctor praequam scia dicitur physicalis. quod est de rebus physicis que sunt res naturales ratione et re materie sensibili coniunctis. **S**ed dices. Aristoteles dicit secundum ^{repletum} posteriorum. quod sensibilium non est scientia. igitur cum res physice sunt coniuncte re et ratione sensibili materie non erit de eis scientia. Ad hoc est dicendum. licet sensibili ^{de} lumen vel huiusmodi. et ut sunt in illo particulari non sicut scientia. inquantum tamen habent principia intelligibilia utrumque de eis est scientia. **D**inor pater. quia res physicales per motum inesse constitutae. ad motum autem res requiritur subiectum quod mouetur. illud est materia. et terminus ad quem qui acquiritur in mobili. et ille est forma. igitur res physicales ex illis constituantur tanquam ex principiis intrinseco in illis manentibus.

Conclusio pater per Aristotelem in textu tribus rationibus eam probantem. Enam ad naturalem physophilum non spectat dūratur considerare subiectū. sed et subiecti principia. huiusmodi autem sunt materia et forma. igitur ad naturalem philosophum spectat consideratio viri usque nature. scilicet forme et materie inquantum sunt principia entis in generali accepti. **P**reterea omnis scientia procedit per causam. primo posteriorum. forma autem est causa materie. igitur cognoscens formam etiam scientifice cognoscit aliquatenus materiam. **D**inor pater ratione et similitudine. Ratione sic. quoniam finis est causa eorum que sunt ad finem. forma autem est finis materie. igitur est causa cognitionis eius. Similitudine pater in diversis artibus

Physicorum

eum ars considerans formam necessario habet dirigere et
lum qui disponit materiam. ut pater de arte introduc-
tente formam naus in ligno. non enim potest forma nauis
induci nisi materia sit antecedenter disposita. igitur oportet q[uod] introducens talem formam. primo dispositionem il-
luis materie cognoscatur. hoc autem non oportet econtra.
quia potest aliqua ars cognoscere materiam sine forma.
que est introducibilis in materiam. ut pater de manuarti-
fice. hoc est de illo qui preparat materialia. et ideo dicit Are-
stoteles primo metaphysice. q[uod] manuartifices operantur
sicut quedam inanimata. quia scilicet non cognoscunt finem
operis. architectonicus illius tamen finem non cognoscit.

Tot est notandum. q[uod] materia rerum artificialium
potest dupliciter accipi. Uno modo absolute et secundum eius
naturam. et sic potest considerari a physico. cum talis ma-
teria est ens naturale. ut lignum vel lapis. Alio modo ac-
cipitur materia rerum artificialium secundum huiusmodi. et
sic necessario consideratur ab artifice. quia non potest que
cunq[ue] forma in quamcunq[ue] materiam introduci. et ideo
oportet q[uod] artifex eligat sibi determinatam materiam. et
sic ars considerans formam habet considerare materiam
sed non econtra ars considerans materiam habet conside-
rare formam. quia in omnibus potentias et habitibus super-
iorum potentiarum vel habentur. non autem econtra. cum
igitur ars factuaria forme est alioz sic cognoscit id q[uod] cog-
noscit preparativa materie. licet non econtra. **M**aior
secundi discutens.

Ad physicum non spectat quamlibet con-
siderare formam. nec qualiter cunq[ue] materiam
Minor Forme a materia separate non spec-
tant ad physicum nisi secundum q[uod] in materia agunt per
motum. **C**onclusio Igitur in virtutibus na-
ture consideratione oportet physicum termi-
num ponere.

Maior pater primo de forma. quia de illa forma non
debet determinare physicus que non est materie propor-
tionata. aut que non acquiritur in materia per mutationes
sive motum. sed multiplex est forma que non est materie
proportionata aut per motum acquista. ut intelligentia de
us. igitur non spectat ad physicum quamlibet considera-
re formam. **T**ot est notandum q[uod] triplex est for-
ma. quedam est forma secundum rationem abstractam. ut in-
telligentia. et de illa per se considerat metaphysicam. tamē
potest physicus eam considerare per accidentem inquantum
habet reductionem ad motum sive inquantum est princi-
pium motus. Alia est forma totaliter contingua materie
ut forma pure naturalis. ignis. aeris. aque. terre. asini. et
de illa physicus per se considerat. quia haber considera-
re de illa que intrinsece dat esse naturale. sed sic est de for-
ma equi vel asini. igitur per se de illa considerat. Alia est for-
ma que partim est materie continua et partim a materia
separata. ut anima rationalis. et de illa ex ea parte qua est
continua per se considerat physicus. sed ex ea parte qua est
separata solum per accidentem a physico consideratur.

Minor pater. circa declarationem textus. quia tales
formae secundum q[uod] sunt motrices orbium celestium agentes in
materiam generabilium et corruptibilium. sic de eis con-

Arestotelis.

siderat physicus. et hoc quo ad quia est et eorum effectus
non autem quo ad quid est et quo ad eorum substantiam
Sed dices. philosophus octauo huius considerat de
primo motore. talis autem est a materia separatus. igitur
physicus habet considerare formas separatas. **A**d hoc
pater solutio ex dictis. Aut dicendum est q[uod] physicus non
considerat de separatis formis principaliter. licet bene mi-
nus principaliter. **O**nclusio patris. quoniam non co-
siderat physicus materiam nisi secundum proportionem habet
ad formas. et non considerat formam nisi secundum proportionem
quam habet ad materiam. igitur non considerat materi-
am in sua communitate actu. sed eam considerat in qua-
rum sensibilis est. Negetiam formam in sua communita-
te acceptam. ut pater ex dictis. Verum tamen est q[uod] alii
materia sub physici consideratione cadit. et alter for-
ma. quia materia secundum rem quantum ad suam communita-
tem cadit sub consideratione physici. sed non secundum quem
libet eius modum essendi. sed dumtaxat secundum illum modum
essendi quem habet sub forma sensibili secundum quem dicitur
ipsa materia sensibilis. q[uod] dicitur ymaginaria aut intelli-
gibilis. **M**ateria enim sensibilis et materia intellectualis et
ymaginaria sunt una materia secundum rem. differentes secundum
modos essendi.

Ad obiecta in oppositum

Ad primum dicendum est. q[uod] licet naturalis physico
non consideret formas separatas per se et quidditatis
tutue. veitq[ue] tamen per accidentes. ut pater ex dictis in de-
claratione minoris. et etiam circa declarationem textus.

Tot si dicatur. priorista considerat formam sine mate-
ria. igitur secundum. **A**d hoc dicendum est. q[uod] licet priorista con-
sideret formam sine materia contracta et certa. consi-
derat tamen materiam sibi proportionatam. scilicet duas pro-
positiones et tres terminos. ut pater primo prioris. **A**d secundum
dicendum est. licet materia et forma non habent
vnitatem essentialis inter se. cum sint diuersae essen-
tiae. habent tamen vnitatem attributionis sive analogie ad
aliquid unum ut ad corpus mobile. et talis vnitatis suffi-
cit ad hoc q[uod] aliqua duo in una scientia considerantur. Et
licet forma et materia in particulari accepte sine causa reg-
rum naturalium in particulari. non tamen in universaliter.

Ad tertium dicendum est. q[uod] duplex est materia prima
quedam est que est primo prima que est simpliciter prima
de qua nihil habet physicus demonstrare. neque per signum
neque per causam. quia quando demonstratio est per signum
oportet q[uod] signum illud sit conuertibile sicut proprius ef-
fectus cause. sed in tota philosophia non est signum con-
uertibile cum materia secundum q[uod] ipsa est pars entis dividens
ipsum. igitur de illa nihil demonstrat physicus per demo-
strationem quia. et hec est sententia Averrois. Alia est ma-
teria secundo prima. que est in genere. prima tamen die-
ta a physico. que scilicet est subiectum rerum naturalium pri-
mum. et sic physicus cum sit perfectus in consideratione
sua deuenire potest utq[ue] ad primum subiectum. et hoc pos-
set physicus aliquo modo ostendere signo conuertibili. ut
pater ex dictis in primo physicorum. **A**d quartum est
dicendum. q[uod] non est simile. quoniam non est dabitur ali-
qua materia que est communis omnibus rebus artificialibus.
Unde materia artificialium est totum compositum. igitur
ipsa est alia et alia in diversis rebus artificialibus. sed

Liber

Secundus

tene est dabilis aliqua materia communis omnibus rebus naturalibus conueniens. scz materia prima. ¶ Ad quin tum est dicendum. qd in mathematicis non est diuersitas propter illam proportionem. imo portus argueretur idem. sed diuersitas scientia sumitur ex diuersitate subiectorum que non repertur inter formaz et materiam. quia sunt principia vniuersalia subiecti. puta corporis mobilis. quae conueniens est de materia et forma considerare in ea/ dem scientia.

Incidunt dubia quo-
rum primum est. Quare phylosophus dicit qd ad physi-
cum spectat utramq; considerare naturam. scz materiaz
et formam. nihil determinando de priuatione. ¶ Solu-
tio qd ideo. quia priuatio est ultimum analogatum cuius
notitia a forma dependet. et ideo eiusdem est considera-
re de forma et priuatione. cum priuatio sit quodammodo
species et forma. et sic priuatio sub forma continetur. ¶ In
de inter principia rerum naturalium maxime proprii est
philosopho considerare de priuatione. quoniam forma et
materia possunt euadere considerationem physicam. cuz
de forma quantum ad totum sue cōmunitatis ambitum
non spectat considerare ad naturalem phylosophum. si/
cuz nec de materia. priuatio vero simpliciter est propria na-
turali philosopho

Secundum dubium est.

An ars imitetur naturam inquantum potest
¶ Et arguitur primo qd non multa producuntur ab arte
ut artificialia que non producuntur a natura. igitur ars
non imitatur naturam. ¶ Secundo sic natura semper
agit vno modo. sicut ignis semper eodem modo calefa-
cit. artis aurez operatio pluribus variatur modis. ut do-
minicator pluribus modis facit domum. ¶ Tercio sic.
ars agit cum deliberatione. natura autem non. cum ipsa
non cognoscit. deliberatio autem est cum cognitione
¶ Solutio qd sic. quia vniuersaliter principiatum imita-
tur inquantum potest suum principium et nititur assimili-
ari ei fm qd possibile est. ars autem est tanquam principia-
tum respectu nature. igitur imitatur naturam. Et quia
omne opus nature est opus intelligentie primi agentis.
et cum effectus sit participata similitudo sue cause. ideo in
formis naturalibus reliqua lumen intelligentie pini age-
ris. ratione cuius luminis intellectus noster caput cogniti-
onem a rebus naturalibus. quare etiam nostra cognitio
causatur a rebus naturalibus. Etiam omnis operatio ar-
tificialis presupponit in nobis cognitiones. quia intellectus
practicus qui est ars principium presupponit cognitiones
intellectus speculativi. et ideo sicut cognitio intellectus
speculativi causatur a rebus naturalibus. sic etiam operatio in
intellectus practici. et ideo ars comparatur ad naturam ut
principiatum ad suum principium

¶ Ad obiecta in oppositum Ad primuz dicendum est. qd
licet ars non semper imitatur naturam ratione rei produ-
cte. tamen semper imitatur ipsam ratione modi produc-
ti inquantum potest. quia si natura faceret dominum eodem
modo produceret ipsam sicut producitur ab arte.

¶ Pro latiori declaratione est sciendum. qd in rebus in-
veniuntur triplices effectus. quoniam quidam sunt effec-

tus qui solu fuit a natura. et in illis ars non imitatur natu-
ram. quia ad tales effectus ars nihil facit nec principaliter
ter nec instrumenta. vt sunt homo astinus. leo etc. Alij
sunt effectus qui fuit ab arte tm. ad quos non concurreat
opus nature. vt domus aut tunica. Alij sunt effectus qd
producuntur simul a natura et arte. vt pax de sanitate. qd
quodammodo generatur per beneficium medicinae. et ex ea pars
te fit ab arte. et tamen principaliter acquiritur per virtutem
naturalem. in signum cuiuslibet virtutis naturalis sit debili-
tata nūquam potest medicina sanitatem efficere. Nam in
instrumentum non operaf nisi sit motum a principali agen-
te. medicina autem est naturae instrumentum. Ex quibus
patet. qd taz in his que sunt a natura et arte simul qd in his
que fuit ab arte tm ars imitatur naturam. In effectibus ve-
ro qd fuit ab arte tm ars imitatur naturam fm quodammodo
et formitatem. que distit in duobz. Primo ex parte ter-
ratorum quantum ad modum fiendi. Procedit tm na-
tura ab imperfecto ad perfectum. Unde si natura faceret
aliquid quod ars facit nunc. vt si natura produceret do-
minus. tunc in fundamento poneret grauiora. et in parte su-
periori leuiora. Secundo ex parte principijs. quia sicut ope-
ra nature sunt ab intellectu ita etiam opera artis. Sed dif-
ferenter. quia opera nature sunt ab intelligentia non erra-
te. et hoc ostendit ordinatus processus nature. quia natu-
ralia agunt sine defectu sua opera. sed opera artis fuit ab
intellectu humano qui errare potest. In effectibus vero qd
funt a natura et arte simul ars imitatur naturam dupli-
cer. Uno modo qd ut ad efficaciam operandi. quia ars
imitatur virtuti naturali sicut principali agenti. et ideo to-
ta efficacia operandi habetur ex natura. Altero modo quod
ad modum operandi. quoniam operando ars obser-
vat eudem modum et processum quam natura seruaret si
ipsa tam effectum produceret. Exempli gratia natura
fanat repletionem humorum primo per digestionem. se-
cundo per mollescationem. tertio per expulsionem. sic sis
multiter ars facit in medicina. ¶ Ad secundum dicendum
est. qd natura semper agit respectu vnius finis determina-
ti. et ideo semper eodem modo agit. et inde est qd animalia
huius que regitur instinctu nature vt in pluribz eodem mo-
do operantur. sicut tridu quolibet anno facit nidum suum
et quia ars producit per cognitionem et diuersos concepit
fines. ideo pluribus modis producit artificialia. nec eas
men oportet ad veritatem huius dicti qd ipsa ars om-
nibus modis imitatur naturam. sed sufficit in aliquibus.
Et ideo non est perfecta similitudo inter opera nature et
artis. sed sufficit aliquatalis proportio. ¶ Sed diceres. qd
ars precedit naturam. igitur non imitatur eam. quia ars
est principium nature. cum a divina arte omnia procedat.
Ad hoc dicendum est qd duplex est ars. Una est divina
et illa precedit naturam. quoniam est principium nature.
Alia est ars humana. et talis imitatur naturam vel sequitur.
Et dicitur notanter imitatur et non assimilatur. quia imi-
tatio importat quandam sequelam proportionis. sed si
imitatio aut assimilatio importat perfectam conuenien-
tiam. igitur potius dicitur imitatur qd assimilatur. ¶ Ad
tertium est dicendum. qd perfecta ars non deliberat. quia
perfecta ars habet habitum inclinantem et ad opus artis
ordinantem per modum nature. Aut dicendum est qd qd
uis non habeat cognitionem sibi coniunctam. habet tame-
cognitionem separatam. cu naturalia diriguntur ab intelli-
gentia non errante

Physicorum

Tercium dubium est.

An eisdem scientie est considerare finem et ea que sunt ad finem. ¶ Et videtur quod non, quia sic sequeretur quod omnium quomodo sit scibilum esset una scientia, cum omnium sit unus finis, et sic ethica que de felicitate tractat esset finis omnium scibilium.

¶ Solutio. quod sic loquendo de fine operis, hoc est de fine qui per se ad opus ordinatur, et de fine proximo proportionato, tunc eisdem scientie est considerare finem et mediam in eundem ordinata, non autem loquendo de fine operantis. Primum patet, quia notitia medicorum in finem ordinatarum dependet ex notitia finis proximi, cum tota virtus et ratio medicorum est ex proximo fine, cur etiam scientia non est perfecta de scibili, nisi cognito medio scientia, non est notitia de medijs ad finem aliquem ordinatis perfecta, nisi presupposita notitia finis. Secundum patet, quia finis operantis est finis per accidens a quo media non accipiunt rationem et speciem, ideo talis finis potest esse alius et alius. Et dicitur de fine proximo proportionato, quia finis ultimus sive non proportionatus non est eisdem scientie particularis, licet bene communis, teste philosopho primo metaphysice, quod sapientis est consideratio omnia que decet fini habentem metaphysicalis scientie.

¶ Ad obiectum in oppositum dicendum est per interemptionem, quia felicitas non est proprius finis nisi virtutum ac operationum virtuosarum, reliquorū vero est finis communis et extraneus quem non oportet cum medijs que sunt ad ipsum sub una cadere scientia. Scientia tamen communis scilicet metaphysica que considerat totius unius bonum potest considerare fines et huiusmodi media ad illum ordinata. Etiam est tene unus finis simpliciter deus, sunt tamen plures fines proximi.

Quartum dubium est.

An nos sumus finis omnium artificialium. ¶ Solutio quod sic, et hoc loquendo de fine gratia cuius, non autem loquendo de fine quo, qui est forma operis, quoniam artes propter indigentiam humanam inveniuntur sunt, sicut igitur artes sunt propter hominum indigentiam, ita etiam artificia in homines tanquam in finem ordinantur, quare nos sumus finis omnium artificium, et non de quod sumus finis simpliciter cum non sumus quod, verum etiam sumus fere finis omnium naturalium, quia humana natura est quidam nexus dei et mundi super omnia pure naturalia in dignitate ac perfectione collocata.

Quintum dubium est.

¶ An sol et homo generant hominem. ¶ Et videtur quod non, quoniam omne generans debet producere formam illius quod generatur, homo autem non producit formam illius quod generatur, cum ipsa sit anima rationalis que non est ab homine aut sole producibilis, sed a deo. ¶ Confirmatur, sepe contingit quod homo generans non sit quando materia disponitur ad animam rationalis suscepit, igitur hoc non est generans sive efficiens preparans. ¶ Secundo si homo generatur virtute omnium corporum celestium, igitur male dicitur quod sol et homo generant hominem.

Arestotelis

Solutio quod sic, ut patet per Arestotelem in textu ¶ Dicitur tamen intellectu supponendum est quod anima rationalis non educitur de potentia materie, quia omnis forma educibilis de potentia materie semper habet esse finis in materia, anima autem rationalis potest habere esse separatum a materia, ideo non educitur de potentia materiae, quare etiam in generatione hominis particolare agens solummodo se habet ut disponens et materiam preparans ad susceptionem talis forme. ¶ Et licet homo et sol non sufficient ad producendum formam hominis, virtus tamen generativa hominis participata in semine cum virtute solis sufficit disponere materiam ad animam rationalis introductionem, et ideo in productione hominis precepit supponitur materia disposita. ¶ Tercio tamen homo dicitur generari, quia ubique est progressio de non esse ad esse subiecto presupposito, ibi est generatio, sic autem est de homine, igitur homo generatur. ¶ Unde finis Dionysium in corruptione non corrumptitur proprie forma neque materia sed armonia, hoc est murua proportio forme et materie, sic etiam in generatione sufficit quod non acquiratur nisi proportionatio forme et materie ad esse totius compositi. ¶ Ad quod etiam conferit simile de productione rei artificialis, quia ipsa ab artifice fieri dicitur, non obstante quod non faciat materia scilicet ligna vel lapides, sed solum in materia formam producit. ¶ Sic ergo licet anima rationalis sit a primo principio, scilicet a deo creata, tamen totum compositum a sole et homine generatur. ¶ Unde accidit generationi alicuius rei naturalis quod forma de novo simpliciter aequaliter sufficit enim ad generationem quam in materia finis exigentiam totius compositi sive ad esse totius compositi. ¶ Verum tamen est quod duplicitate potest accipi totum. ¶ Uno modo sine categoriis rematice, et sic non generatur totum compositum nisi que libet eius pars generetur. ¶ Alio modo categorizante, et sic totum compositum generatur. ¶ Et quibus infertur quod sol et homo generant hominem, sol tanquam agens equum, et homo tanquam agens equum, quia omnis generatio fit ab aliquo agente naturali, generatio autem hominis non potest fieri ab alio agente equum quam ab homine, quoniam sufficit generare nisi dirigatur virtute universalis agentis.

¶ Ad obiecta in oppositum. ¶ Ad primum dicendum est licet homo non producat simpliciter formam hominis scilicet animam rationalem, disponit tamen materiam ad eius susceptionem, et in fine dispositionis eius in materia in instanti infunditur anima rationalis a superiori agente, et ideo in illis agentibus est subordinatio, quoniam unum habet esse ut preparans, et aliud ut perficiens, et ideo illa producio dicitur una generatio, et generatum dicitur unus, quod unus sit a diversis agentibus, et sic maior intelligitur quod omne generans quod est efficiens debet producere formam illius quod generatur, et non de efficiente preparante. ¶ Sed dices, ex illo sequeretur quod generatio hominis non esset equum, hoc autem fallitur, igitur. ¶ Sequitur patet, generans et genitum non sunt eiusdem speciei, quia deus et sol non sunt eiusdem speciei cum homine genito. ¶ Ad hoc dicendum est quod generatio hominis non est equum respectu dei vel solis, est tamen equum respectu hominis. ¶ Unde tunc est generatio equum, quando generans et genitum sunt eiusdem speciei, ut homo generans et homo genus. ¶ Et equum, quando generans et genitum non sunt eiusdem speciei, ut sol et homo, et sunt cause subordinatio.

Liber

Venerat

Ep. notandum.

Septem planetarum
luna
Mercurius
Venus
Earth
Mars
Jupiter
Saturnus

Diximus finis

opus de ratione
planetarum
et eius
modi

Secundus

re piramidem umbrosam. Secundo venus et mercurius sunt corpora transparentia. hoc est diaphona. que si ponantur inter aspectum nostrum et solem non causabunt umbram. cum lumen solis penetrat. Sic autem non est de luna. cu[m] ipsa sit corpus valde opacum quod non potest in profundo penetrari a lumine solis. Latius autem de hac materia dicere spectat ad astronimos. Ad secundum dicendum est quod homo generans non dicit efficiens preparans respectu genitri sibi substantiam suam. utique tamen sibi causalitatem. Ad confirmationem dicendum est quod homo generans non dicit efficiens preparans respectu genitri sibi substantiam suam. utique tamen sibi virtutem derelictam in semine diffuso ab ipso. Ad secundum dicendum est quod sol non capitur hic pro uno planeta tantum. sed pro virtute totius corporis celestis. quia virtus corporis celestis nobis magis manifestatur per solem et eius motum. cum per eius accessum ista inferiora generantur. et per recessum corruptiuntur. ut dicetur secundum de generatione. Pater igitur est differenter sol et homo occurrit ad aliquius hominis generationem.

Sec. 90

Sextum dubium est

An anima rationalis sit de consideratione naturalis phis. Soluto quod sic in quantum anima est. non autem in quantum intelligentia est. nisi per accidens. ut per ex dictis circa definitionem nature. Alter tamen anima cadit sub consideratione naturalis philosophi et alie forme. quia ipsa consideratur a physico in quantum est ultima forma rei naturalis. sic autem non est de alijs formis. et non est anima rationalis ultima forma simpliciter. sed inter formas naturales. Nec est ultima ppter eius imperfectiorem quam perfectiorum cum ipsa sit perfectissima inter formas naturales. Et est notandum. quod aliqua forma potest dupliciter dici naturalis. Uno modo quia producitur per agens naturale. et sic anima rationalis non est forma naturalis. Alter modo dicitur forma naturalis. quia informat totum compositum naturale. et sic potest dici naturalis. cum agens naturale disponit materiali p introductione forme.

Eterminatis autem his. considerandum est de causis que et quot numero sunt. Quoniam enim hoc negotium est sciendi gratia. Scire enim tunc arbitramur unum. quodcumque cum utique accipiam propter quid unum. quodcumque. Hoc autem est accipere primam causam. Manifestum est quoniam et nobis hoc faciens dum est. et de generatione et corruptione. et de omni physica mutatione: quatenus facientes eorum principia reducere in ipsa tentamus quod sitorum unum quodcumque.

Iste est tertius tractatus huius libri. in quo phis determinantur de causis per se rerum naturalium. qui in duo dividuntur capitula. In quorum primo phis determinantur de generibus causarum. subiungendo eius proprietates. In secundo vero capitulo determinantur phis de modis causandi. hoc autem causarum. Primum enim capitulum in duas dividitur partes. In quarum prima determinantur de causis qualiter seorsum definiendo et exemplificando. In secunda vero parte ponit tres proprietates cau-

testus

Causa est principia ad secundum naturam sicut et ipsa natura

Physitorum

sorum. sibi contingit autem. Et est continuatio illius tertius ad precedentem. Postquam enim determinatum est de natura et de aliis supradictis. Hic consequenter determinandum est de causis que sunt et quae sunt numero quoniam causa est etiam unum principium rei naturalis. sicut natura cum negotium de quo venit hic tractandum gratia sciendi a nobis assumptum est. hoc autem non est intelligibile sine causis. ideo non opinamur nos scire rem aliquam antecipemus propter quod unumquodque est hoc est antecipatio cognoscimus causam propter quam res est. et quia physiologia naturalis queritur causa scienti et non propter operationem. quia res naturales non sunt a nobis operabiles sed tantummodo scibiles. ideo ad hanc scientiam eam oportet determinare de causis eamdem ad finem. ut in omni mutatione naturali sciamus reducere et resoluere unumquemque effectum in suas causas naturales. quia de ratione ne cuiuslibet scientie est quod resoluatur scibile in sua principia quibus securit.

Uno quidem modo causa dicitur ex quo alii quid sit cum insit sicut es statue. et argentum phiale. et horum genera.

Hic physiologus ostendit quod quatuor modis dicitur causa. uno quidem modo dicitur causa ex qua fit aliqua res cum insit ei. ut es dicitur causa statue. et argentum dicitur causa phiale. et ea que sunt de genere horum que sunt sicut materia ex qua fit res.

Alio autem modo species et exemplum. hec autem est ratio ipsius quod quid erat esse. et huiusmodi genera. ut eius quod est diapason. duo ad unum omnino numerus. et partes que in definitone.

Hic ostendit physiologus quod secundo modo causa dicitur species et exemplus et ratio definitiva eius quod quid erat esse et huiusmodi genera. ut eius quod est diapason. genus proportionis est proportio dupli que est duorum ad unum. et genus illius proportionis quod continet genus dicitur est numerus sonorus. et illius genus est numerus et ultimum genus est forma proportionis in genere illo et prae in definitone.

Amplius unde principium mutationis. Primum autem quietis est ut consilians causa et pater filii et omnino faciens facti et commutans communiat.

Hic physiologus ostendit quod tertio modo dicitur causa. unde est principium motus et quietis ut consilians dicit causa efficiens consiliari. et pater causa filii. faciens facti. et communiat.

Aduerunt autem quemadmodum finis. hoc autem est cuius quod causa ut ambulandi sanitatis. propter quid enim ambulat dicimus ut sanetur. Et dicentes sic opinamur assignare causam. et quecumque iam mouent alia intermedia sunt finis gratia. ut sanitatis macies aut pur-

Arestotelis

gatio aut potionis aut organa. omnia enim hec finis gratia sunt. differunt tamen ab invicem quod alia quidem opera. alia vero organa. Causae quidem fere igitur tot modis dicuntur.

Hic physiologus ostendit quod quartu modo dicitur causa quemadmodum finis. gratia cuius sit quicquid sit. vel sanitas est causa ambulationis. Cum enim queritur propter quid plato deambulat. Dicit ut sanetur. et sic dicens opinatur causam assignare. Ex quo patet. quod finis habet rationem cause. quia illud habet rationem causae quod conuenienter respondet ad interrogacionem factam propter quod sed finis conuenienter respondet ad interrogacionem propter quid. igitur habet rationem causae. Dicitur autem finis omnia etiam que sunt circa finem ultimum et post mouens primum ordinata in finem. eo quod ille sunt finis respectu precedentium licet sine efficientia respectu finis ultimi et sunt ea de quibus dicit Arestoteles. quod mouente alio precedente ipsa media sunt finis. sicut sanitatis medium quo consequitur est attenuatio sive macies. et ideo cum alii quis ieiunat propter sanitatem rancorum propter finem ultimam. tunc dicitur quod talis ieiunat propter maciem. cum terminus ieiunij est macies et in ipso intendit ut consumant humores putrescentes quibus consumptis talis sanatur. hoc modo etiam purgationes sunt media ad sanationem et accipit aliquis potionis ut purgetur et ipsa potio et organa medicinalia sicut clisteres et embrocis sunt media et sunt finis precedentium actionum que agit ut sanitatem conservatur. omnia enim hec sunt gratia finis. et habent differentiam ab invicem. quia quedam eorum sunt opera sicut deambulatio et potio. quedam autem sunt organa sive instrumenta ut clisteres et embrocis. Causae quidem fere tot modis fere dicuntur. quod modis dictum est. Dicit autem fere. quia in veritate modi essentiales caularum non sunt plures. sed modi accidentales sunt plures ut infra patet.

Contingit autem multipliciter dictis causis. et multis eiusdem causas esse non sunt accidentes. ut statua statuistica et cetera. non sunt accidentes alterum alii quid sed sunt causa per se et essentialiter et non sunt accidentes. non tam enim sunt unum et eundem modum causalitatis. sicut statua idoli causa efficientis per se statua factiva ait. et causa materialis est cetera. et non sunt accidentes alii. sed sunt causa per se. et hoc modo eiusdem etiam est causa formalis figura eris. et causa eius finalis est representatio iouis aut alterius cui similius facta est statua.

Sunt autem quedam et ad invicem cause ut laborare causa est boni habitus. et hic laborandi sunt non eodem modo sed hoc quidem sicut finis illa sicut principium motus. Amplius autem eadem proportionem

Liber

est causa. Que enim presens causa huius est
hanc et absentem causam contrarii ut absen-
tia gubernatoris nauis submersionis. cuius
erat presentia causa salutis.

Hic ponit secundā conditōnē causarum quae est cau-
se sibi inuicem sunt cause sicut laborare vel secare est cau-
sa sanitatis sive bone habitudinis. et similes sanitatis est cau-
sa dolendi vel secundi sed non sedm eundem modū cau-
salitatis. sed potius sanitatis est causa dolendi sicut finis
ppter quē sustinemus dolorem. quia ut dicit verifierator
Ut corpus redimus ferrum patieris et ignes. Sed dolor
est sicut causa mouens ad sanitatem. Tercia conditio ē
quae eadem est causa contrarij non tamē eodem modo. qñ
enī presens est causa aliqui effectus per se. illa eadem cau-
sa absens est causa contrarij. et maxime tunc qñ posset ad
esse et debet. et se subtrahit. sicut absentia gubernatoris na-
uis causa ē periculi nauis. cuius erat presentia causa salutis.

Omnes autem nunc dicte cause in quattuor
incident modos manifestissimos. Elementa
enim syllabarum et materia vasorum es et ignis
et huiusmodi corporum et partes totius. et
suppositiones conclusionis. sicut ex quo cau-
se sunt. Harum autem hec quidem sunt sicut
subiectum et partes. Alio autem sunt sicut qd
quid erat esse. et totum et compositione et species.
Semen autem et medicus et consilians. et om-
nino faciens sunt. Unde principium mutatio-
nis ut status aut motus est. Alio autem sicut
finis et bonum aliorum. que enim est cuius cau-
sa potissima est. et finis aliorum bonum voluit
esse. Differt autem nihil eandem dicere bona
vel videri bonam. Causa igitur hec et sunt tot
specie.

Hic phs recapitulando resumit dices. quae omnes nūc
dicte cause in quatuor coincidunt species manifestas.
Dicit manifestas. quia licet multe sint diuersitates vni
cū usq; eaz. tamē reducuntur omnes in modos quatuor
in cōmuni. sicut pater in diuersitatibus materie. Elemen-
ta em̄ syllabarum et materia vasorum es et ignis aqua ter-
ra et aer. materia corporum mixtorum. et partes organicae toti
compositione etrogenij. et ppstiones conclusiones. sunt oīa
causa. sicut ex quo est res. et hoc est causam materialem ē
in cōi. Materiam em̄ sola aliqui est causa. aliqui em̄ vult habere
coniunctōnē dissimilius. aliqui coniunctōnē simili-
um. aliqui coniunctōnē et compositione et cōuerſionē con-
iunctoz. z sic sit diuersa coniunctio vel compositione. Ele-
menta enim syllabarum. et dictiones oratōnū sunt mate-
ria per coniunctōnē et compositionē discretoz. dissimi-
lium. et es est materia vasorum eneoz et ignis et alia elemē-
ta sunt materia mixtorum. partes vero sunt materia roti-
us. et suppositiones hoc est premisse sunt materia conclusi-
onis per comparōnē potentie ad actum. Ex omnibz
enī his patz. et non invenitur in ista diuersitate aliquid

Secūdus

q; ad causam materialē aliquo modo non reducatur.
Cum autē harum quedā sunt sicut subiectū. quedam ve-
partes se habent ad totum quocunq; modo conueniunt
sive per vntionem solam. sive per vntionem et compositōnē
sive per vntionem compositōnē et alteratōnē sive etiā
alio modo a predictis partibus accipiant ut ille partes q;
sunt tñ in potentia ut partes continuū non diuisi neq; dis-
finiti neq; compoſiti ex diversis. Et diuersitatis compoſi-
tionis correspondet diuersitas formaz. Ad om̄ne enim
compositōnē exiguntur tria sc̄z qualitas ordo et positio
qualitati quidem compoſitoruz respondet species. ordinis
autem responder totum. et positioni responder compoſi-
tio. Sed materie fm q; est in potentia responder forma si-
ui quod quid erat esse. q; illa dat esse materie et quidra-
tem. Semen autē generatōnis causa est generatoz et me-
dicus et cōſilians et omnino faciens habet in rōe cause
efficientis. unde est principiū mutatōnis status et motus.
Semini quidem sicut id qd habet virtutem mouentem et
formantem intra. Dedicus autē sicut mouens extra. sicut
est in alijs artificiis et vniuersaliter faciens hoc mō sem-
per mouer vel operat ut aliquid fiat. nec ista diuersitas ei-
greditur in cōmuni rationem cause efficientis. Definali
causa. ut sanitas est causa laboris et illa est causa cuius gra-
tia aliquid fit. que est sicut finis et bonū aliorum. et illa est
dignissima et potissima causarum. Et ideo fm diuersitas
tem boni et digni variatur. sed hoc quidem in natura sem-
per est in vereitate bonum. sed in voluntariis aliquādo est
bonum simpliciter. aliqui autem videt bonū simpliciter. Et
forte est bonū ut nūc vel simile bono. et hoc nihil differt
quo ad hoc. quin semper habeat rationē finis. et ita nec in
rationē boni et digni invenitur aliquid quod ad causaz si-
nalem non reducatur. sicut non sunt nisi quatuor cause
essentiales in cōmuni. ut patet ex exemplis datis in deca-
rōne istius textus.

Circa textum expositū
monetur questio. Utrum phs enumerat cō/
uenienter quatuor et non plura causarum ge-
nera.

Et videtur primo q; non quia quiddam est efficiens p̄
ducens res non per motum. sed per simplicem emanatio-
nem ut est prima causa tale autem mouens est non pro-
ducens res per motum. igitur inconvenienter philosoph⁹
enumerat quatuor genera causarum. Secundo. subie-
ctum est causa passionis. et non videtur in quo genere cau-
se. igitur. Tercio. non sunt quatuor causarum genera.
quoniam omnis causa dat esse suo effectu. materia autē
non dat esse suo effectui. cum ipsa sit ens in potentia.

Quarto causa est ad cuius esse sequitur aliud. ad
esse autem forme non sequitur aliud. quia effectus est eius
dem essentie cum forma. igitur forma non est causa.

Quinto omnis causa facit ad esse rei. efficiens autem
non facit ad esse rei. igitur non est causa. Minor patet qz
efficiente destructo producitur res in esse. ut corrupto pa-
tre productus filius in esse sed illud quod destructum est
non facit ad esse rei. et per consequens non est causa.

Sexto. omnis causa prior est suo effectu. finis qua-
tem non est suo effectu prior. igitur non est causa.

Physicorum

In oppositum est p̄hs in textu. Et pro intellectu questionis ordinantur duo discursus quoz maior p̄mi est ista. In rebus naturalibus reperitur duplex causabile videlicet fieri et esse. **Dinor** Fieri causatur ab efficiente et fine. sicut a materia et forma ipsum esse. **Conclusio** Igitur sunt quatuor cause. quibus conuenienter a phyllosopho tres proprietates sunt assignatae.

Dicitur patet quoniam res naturales naturali ordine producuntur ita quod in eis fieri temporaliter precedit esse, et quia idem non precedit seipsum. ideo necesse est ipsum fieri et esse, et distincta causabilia. subordinatum tamen habentia cum fieri ordinatur in esse sicut in suum finem. Et dicit notans ter in rebus naturalibus, quia in supernaturalibus ista causabilia non sunt reperibilia, sed dumtaxat unum se esse quod per creatorem causatum est. Et licet in supernaturalibus hoc est corporibus celestibus est bene potentia ad acrum secundum non tamen primum. Et hanc in illis est bene motus ad ubi, non autem ad formam. Sed dices in rebus naturalibus est solum unum causabile, quia ubi unum propter aliud ibi tamen unum. fieri autem est propter esse. igitur est solum unum causabile in rebus naturalibus. Ad hoc dicendum est quod tenebat quod non differunt realiter cum dependant ab una et eadem forma differunt tamen sicut perfectum et imperfectum. fieri enim est actus forme imperfecte et fluentis, esse vero est actus eiusdem forme perfecte, et illi dupliciti causabili correspondet duplex causa, scilicet intrinseca et extrinseca, et sicuti causa extrinseca subduxitur ita etiam fieri cum a causa efficiente et finali dependeat. Sic est dicendum de causa intrinseca et esse proportionabiliter. Ex quibus patet quod est duplex causabile in generis et quadrupliciter in specie. **D**ivisa pars quae ad primam eius partem, quia fieri est in actu eius substantiam est ab efficiente, et est ex parte ordinis quem in se habet depender a fine, cum efficientis causa non mouet nisi mouente causa finali. Secunda pars patet, quia est duplex esse, scilicet esse essentie et esse existentie. Est enim esse essentie est a forma, esse vero existentie est a materia. igitur esse est ipsius forme et materie. Sed dices omne esse est a forma ut inquit dominus Albertus. igitur esse existentie non est a materia. Ad hoc dicendum est, licet esse existentie sit actus forme non tamen est actus forme si non se accepte, sicut est esse essentie, sed actus forme in materia existentis et pro tanto dicitur esse existentie a materia. Conclusio quo ad primam partem patet per probatum in textu. Et hoc est quod ois causa aliquid influit in effectu constitudo ipsum influens illud autem est intus aut extra. Si intus hoc sit dupliciter aut secundum actum suum potentiam, aut secundum id quod substitut, aut secundum id cui tangent qualitatibus essentialibus substitut, aut secundum rationem perfectibilis, aut secundum rationem perficiens, si secundum potentiam est substantia et perfectibile est materialis causa, si secundum actionem et naturam que substitut et perficiens, tunc est formalis causa. Si autem influens est extra tunc aut est mouens, vel est intentio mouens primo modo est efficientis, secundo modo est causa finalis. Aut potest fieri ratio sumi, quia omnis causa vel est principium in fieri vel in esse. Si infieri hoc sit dupliciter, vel quo ad substantiam et sic est causa efficientis, vel quo ad originem et sic est causa finalis. Si quo adesse hoc sit dupliciter aut dat esse essentie, et sic est causa formalis, aut esse existentie sic est causa materialis. Et sic pars quae dicuntur substantia et materia in facto esse, ita sic habentes

Arestotelis.

efficiens & finis in fieri vel operari. Nam sicut forma perficit materiam & sunt ynum in facto esse ita efficiens & finis sunt ynum in operari. Sed dices finis est causa causarum, igitur alie cause sunt effectus cause finalis & per consequence non erunt cause distincte ab iniucem. Ad hoc dicendum est, licet finis sit causa quare alie causant, tamen non est causa quare alie causant tales formales modos causandi & ideo alie cause non sunt effectus cause finalis sed & tales causa sunt & ideo in suo ordine dicuntur prime, ut patet infra. Secunda pars conclusionis pater, quia ex his & aliquid est compositum ex materia & forma oportet & habeat plures causas per se. Similiter propter causam efficientem & finalis oportet & mutuo sibi iniucem sint cause, ut pater de sanitate & ambulacione, igitur bene dictum est in textu, & ynius & eiusdem effectus sunt plures causae, & quae sunt sibi iniucem cause non tamen finis eundem modum causandi sive candem rationem sed finis aliud modum causandi sive finis alia rationem. Sed dices idem non potest esse causa & effectus. sanitas autem est effectus ambulacionis, igitur non potest esse causa finalis. Ad hoc dicitur quod est causa & effectus differenter. Est enim causa finalis finis & apprehenditur per intentionem agentis, sed effectus inchoatum agens talem effectum compleat & iactetur ponit ad extra. Etiam idem potest esse causa contraria, ut patet de nauta qui per suam presentiam est causa salutis nautae et per suam absentiam est causa periclitacionis. Sed dices dicit Aresto, 2^o de generatione idem inquit, idem est aptum natum facere idem. Ad hoc dicendum est quod illa auctoritas vera est per se, tamen tene potest plura facere idem sicut & ynius sit per se & aliud per accidentem. ut calidum per se calefacit & per accidentem frigefacit se & per antiparadigm. Aut intelligitur maior de causa naturali & non libera qualitas est nauta. Quod aliter discursus.

*Ex qua aliquid sit cum insit dicitur materia. si
cum species exemplum et ratio ipsius quod qd
erat dicitur forma. Minor Efficiens est
quadruplex mobile a finali causa aliarum cau
sarum potissima. Conclusio Igitur he
cause in rerum naturalium constitutione con
currunt diversimode.*

D maior quo ad primam eius partem patet per Areth. *prima p. 8 maiori*
stolem sic ipsam materiam sive causam materialem de-
scribentem. Et dicitur ex qua sit res. quia materia in om-
ni fieri subiectum sive sit secundum substantiam sive secundum accidentem.
quia ipsa in fieri substantiarum est subiectum primum. In
alteratione autem et alijs motibus accidentiis est ipsa sub-
iectum secundum. quia in illis quando sunt non subiectum sola
materia. sed potius materia finita per formam substantia-
lem. Et cum dicitur ex qua sit res intelligitur materia pri-
ma et materia que sequitur primam. quia materia prima
est que est in potentia ad formam primam. et hec est in ge-
nere triplices. scilicet comixta. complexionata et organisata quam
quidam compositorum vocant. In mineralibus enim est com-
positio solum elementorum cum virtutibus celestibus in
eis operantibus. In plantis autem quedam est comix-
tio. id est complexio quasi humorum quorundam. et in ani-
malibus ultra ista duo est secundum organorum quae sunt membra officia
alia ad aliquem accutum interiorum vel exteriorum pertin-
*principia opposita / materia
constituta secundum 2
hj ad formam genitum
prima secundum secundum - 7*

Liber

Secūdus

nentia. Cum autem materia physicae motus subiectis non describitur materia: quod sit ex qua est res, vel que est in re subiecta vel substantia forme: quia eo modo materia est iningeribilius et forte etiam in substantiis separatis, et de tali materia loquendum non est in proposito, quoniam illa autem non est subiecta priuato, aut priuatio est in talibus per alium modum quam sit in rebus generatis et corruptis. Dicitur autem ex qua fit aliquid secundum compositionem, quoniam materia eiusque nullam habet causalitatem respectu forme nisi per accidens, sed compositum fit proprie et super ipsum fiat actus efficiens et respectu illius materia est causa, et hoc modo quia ipsa est causa et principium cognoscendi ipsum. Quia physica non cognoscunt nisi cognoscatur eorum materia et quia ipsa sunt cum materia concepta. Nec tamen putare debet aliquis, quod materia sola sit cognitionis principium, ita quod ex ipsa sola cognoscatur compositum, sed potius sicut causa est ita etiam est principium cognitionis. Est autem causa subiecta forme, et hoc modo cognoscitur esse per ipsum, quia si aliquis vellet cognoscere illud vel hoc compositum non cognoscere ipsum nisi per causam huius vel illius determinata, et compositum in genere cognoscere per causam in genere, igitur oportet quod sit causa que est principium cognitionis huius vel illius, et causa est principium cognoscendi compositionis sit causa compositi. Non est autem causa illius vel illius in genere materia ipsa nisi substantia forme huic vel illi vel forme simpliciter, igitur hoc modo et non aliter erit ipsa principium cognoscendi compositum hoc vel illud vel compositum simpliciter sicut etiam ipsa est prius composito, et quod prius est alto et essentiale ipsi est principium cognoscendi ipsum hoc modo quo est prius et principium essentiale, hec dominus Albertus in commento physico. Et quod additur in matrice descriptione ex qua fit aliquid cum insit, est propter ipsu[m] rationem que non manet in toto composite, cum ipsa abstinatur. Etiam ad differentiam illoꝝ que sunt ex seipso, sicut ex puro fit vir, et ex mane fit merides. In talibus enim hec prepositio ex non notat causalitatem sive materiale proprium, sed ordinem. Et est notandum quod aliquando sola materia sufficit ut cum forma constitutum totum composite sicut est in elementis, aliquando autem non sufficit materia sola, sed oportet eam esse dispositam et illa dispositio fit per materias diversarum rerum coniunctas, et illi materie aliquando sufficit coniunctio tamen sicut singulariter hominum constituant exercitus et coniunctio domorum constituit unitatem aliquando autem oportet cum coniunctione esse compositionem dissimilares, sicut est in coniunctione et compositione lapidum et lignorum ad constitutonem domum. Aliquando autem cum coniunctione et compositione adesse conversionem et alterationem coniunctiones et compositiones sicut sit in artificiali compositione in electuaria et titraria et in naturali constitutione animalium ex elementis, quia non sufficit sola elementorum coniunctio, nec sola compositione in modo contingendis sed ad figuram habeat vel illam, ut ex hoc sufficienter esse habeant generata, nisi alia agant in alia, et alia patiantur ab alijs, donec ex his quiescentibus in actione proueniatur qualitas una mixta ex eis que dicitur complexio. Est enim complexio qualitas una proueniens ex reciproca actione et positione qualitatibus contrariis in corporibus mixtis, unde in omnibus taliter mixtis oportet post coniunctionem et compositionem esse moram temporis, ut ea quae coniuncta sunt et composta reducantur in unum acutum mixti, et ideo electuaria et titraria non statim conuenientia sunt quando sunt coniuncta et ex speciebus compo-

stea nisi prius sit tempus proportionatus in quo una species egerit in aliam. et alterauerit ipsas. et sic alterata ab ea ad formam electuarium et tiriace que est qualitas una constans quodam modo omnibus virtutibus particularitatis mixtorum in ipsis. et sic eriaz sit operatio ratiuum ex participatione omnium virtutum que sunt rerum mixturarum. quae mixta per formas essentiales manet in mixtura. sed qualitates miscibilium et accidentia per quos reciprocem actionem patiuntur conversionem mutantur et conuertuntur cum amittunt excellentias suas quas habebat simplicitas et transiunt ad medium quod competit mixture. et de hac materia parebit latius in p^o libro de generatore et corruptione in capitulo de mixture. Scindendum tamen est et triplices emma-

pitudo de insigne. *S*ed etiam tamen est duplex materia. quoniam quedam est materia circa quam. ut obiectum visus dicitur materia circa quam respectu potentie talis. *A*lia est materia in qua. si sunt humores sunt materia in qua sanitatis. et unumquodque subiectum respectu suorum accidentium. et ad hanc materiam reducitur materia rerum artificialium. que non est proprius materia ex qua sed in qua. et licet per hoc de talibus plificer in littera. hoc tamen est solum inceptum talis materiae similitudinem habet cum materia ex qua. *A*lia est materia ex qua quae altera pars compositi rei substantialis. et illa proprietas habet rationem materie. et descriptio prius data solum tali materie conuenit et non aliis. licet non conueniat universaliter cuiuslibet materie ex qua. *N*am ipsam materiam ex qua est duplex. quia quedam est spiritualis sine incorporationis que repertur in substantiis spiritualibus ut in intelligentiis quae non propria. *A*lia est corporalis. et illa est duplex. quia quedam est que non precedit formam. et in ea non acquiritur forma per motum. sicut est materia corporum celestium. *A*lia est que precedit formam in compositione rei in qua forma acquiritur per motum. sicut est materia generabilium et corruptibilium et de tali datur descripsio prius posita. *S*ed dices omnis materia ex qua est materia in qua. igitur si descriptio materie conueniat materie ex qua. etiam dicitur conuenienter materie in qua. quia materia ex qua fit totum compositum etiam est materia in qua respectu forme. *A*d hoc dicendum est. quous illa descripsio alicui conuenire possit quod est materia in qua cum materia ex qua et in qua quae coincidunt. tamen ita descriptio non conuenit materie in qua ut huius. quia sic conueniret omni materie in qua quod est falsum. quoniam non conuenit materie in qua que est subiectum accidentium. sed conuenit materie ex qua ut huius. Et sic patet declaratio descriptio sine definitonis materie. inceptum se habet in ratione cause. sed in ratione principij transmutacionis data est in principio huius. *S*eunda pars maioris tangit diversa nomina ipsius forma. scilicet dicitur species. exemplus. et ratio ipsius quod erat esse. dies enim species inceptum terminat materiam. De istis nominibus habitum est in primo huius. ut eius quod est diapason genus. in primis est proportionis dupli que est duorum ad unum. et genus illius proportionis quod continet genus divisionis est numerus sonorus. et illius est genus quod est numerus. et ultimus genus est forma proportionis in genere illo. Forma enim proprie loquendo que cum habita fuerit per motum in materia tunc constituit speciem secundum esse in rebus naturalibus. dicitur proprie essentia. quia eius actus effectus et operatio propria in materia est esse actualiter coherens. quod fluit ab essentia que est forma rei. sicut lucere fluit a luce. quod non differunt ab invenientiis nisi secundum rationes et ceteras ve- Augm.
Gen. da. 10.

Physicorum

motum sed in potentia habituali tñ. Et ideo forma naturalis triplex habet esse. Unū habet esse in priuatione qd est forme confusa et imperfecta et in determinate. hoc est inçum est terminus a quo in ipa materia respectu faciōis rei. Sed in esse habet in motu ipo in quo actus et potentia sunt sibi inuicem propria. hoc est habet esse in medio motus qd accedit ad actum. hoc est fieri. qd oīm successuorum esse est fieri. sed ipa forma in motu ipo propinquior est principio motus tanto plus habet de priuatione. et ipso fuerit propinquior fini motus. tanto minus habet de priuatione et plus de actu. Tercium autem esse habet quād ipa est terminus motus qd est esse querum et perfectum. et illius esse est ex compoſiti qm illo modo dat esse. non aut alijs duobus modis. Et ad hanc cū habita fuerit qd motus qd hic sit mentio de formis naturalibz que non habet semper nec habent quoēcūs mō. sed habentur aliqui et non nisi qd motus qd omnis forma generabilis et corruptibilis concordia sibi habet priuationem antecēdēt in se forma aīni vel vacce in materia. tunc est p uatio in ea ad illam formā. Sed quād est tunc inest eiusdem materia aptitudo suscipiendo etiam alteram formam. et hec est priuatione ad illam que facit eam que modo inest aliquādo non inesse. et inesse aliam cuiusq; priuatio insuit prius. Materia em̄ generabilis semper est priuatione alicui permixta. et ideo nullam formā contingit semper inesse. et ideo dictum est que cū habeat per motu habet. Forme autē ingenerabilis et incorruptibilis insunt et non aliquādo habent et aliquādo non habentur. sed semper habent. et illae sunt species incorruptibiles. sicut forme celestium corporum. et formae intelligentiarum que ab antiquis apri forme dicebātur. eo qd quasi formes manentes formabant inferiora. qd aliquam proportionem suarum formarum propter quod plato dicit. qd forme inferiorum procedunt ex formis superiorum ex quodam ethimago hoc est sigillo ut procedit forma in ceram et has ipse formas separatas dicebat. Inferiores autē generabilis et corruptibilis vocat imagines. eo qd ille imitat qd modum possibilem eis. De his autem latus dicere non est prelensis negotii sed metaphysici. Sed iste forme inferiores dicitur multiplex. qd forma dicitur species ipsa. quia est eaula et exemplū specie in effectu. vis detur etiam forma. quia in causa formalis effectus est similitus et exemplarum ex causa. quia formalis causa facit id qd sit esse in effectu. Differunt rāmen species et exemplarum sicut differunt essentia absolute accepta. et esse quod est ex diffusione forme in materiam. sicut dicit exemplum lucis esse lumen quod diffusum est in aere aut in alio perspicuo et ideo species et exemplarum non sunt separata per subiectum sed per intensōnes et rationes eorum tantum. hec autem forma est etiam rei vera quiditas. quoniam res constitute in esse non habent hoc qd sunt a materia. Ia forma cum materia est in potentia. res vero existens in potentia non est hoc quod est. cum potentia sit ad opposita. et non habet se p̄ ad esse qd ad non esse. et si plus materia habeat se ad esse qd ad non esse. hoc non est ex materia. sed ex dispositōibus que quidem non dant esse forme. sed ex forma substantia libet hoc res qd est. et ideo ipsa est propria rei quiditas. et cum definit res. ratō definitiva dicens quid est res sumitur penes formā. sive ipsa concepta sit cum materia sicut ē forma naturalis. sive non sit concepta cum ipa. sive sit est forma mathematica et forma metaphysicalis. et iō forma dicitur ratō eius quod quid erat esse. Genera autē huic forme sunt forme cōmuniōres que continent for-

Aristotelis

mas proprias. quia cum datur ratio definitiva. oportet qd ipsa incipiat a genere primo. cum quiditas propria constituitur a forma cōmuni que est genus. et a forma propria que est differentia constitutiva speciei. et sic oportet qd sicut resolutio generis propinquor stat in genere cōmuniōri. et procedit resolutio vñsc ad genus generalissimum. quia eosdem modo incipit compositio quiditatis a generalissimo quia quod est ultimum in resolutōne essentiarum primū est in compositione eatum. hoc autem modo se habet diapason ad proportionem dupli. quoniam nota que est diapason sicut dicitur in musica componitur ex proportione duorum tonorum ad unum. Sonus autem continens hanc proportionem est numerus sonorus. et quia armonica aliquo modo est sub arithmetica genus remotius illo est numerus. hoc autem modo quiditatis se habent partes definitionis in definitōne posite ad totum definitum. Et est nondum qd si forma generaliter sumatur. tunc forma dicitur omne illud quod informat ad esse aliquod finitum actuū. Et sic dividitur in formā substancialē et accidentalē. forma vero substancialis dicit illa que dat esse substancialē. et forma accidentalis dicit illa que dat esse accidentale. Et forma substancialis dividit quia quedam est spiritualis que dat esse spirituale et incorporeū. et quedam est corporalis qd dat esse corporeū. Et illa dividit quedam est que dicit substancialē et dicit quid. et quedam est que dicit accidentis et dicit quid. substancialis autem que est substancialē et dicens quid ē. sicut lapides in lapide et aia in corde animali. sed substancialis que non est substancialē. sed dicit quid est sicut color ad albedinem et nigredinem. et quantitas ad bicubitum et tricubitum. Non enim sequitur si aliquid datur substancialē qd ipsum sit substancialē. cum substancialē sit medium inter substancialē et accidentis. et accidentis sit. Vide enim substancialē quod habet modū substancialē et rem accidentis et qd habet rem substancialē et modū accidentis. similiter accidentalē dicit aliquādo qd habet rem substancialē et modū accidentis. sicut dicimus accidere hōi qd est fortes. quia non cōuenit ei gratia hōi sed propter hoc qd homo hōi esse in subiecto individuali qd est fortes. Accidentalē autem formā est multiplex quedam enim est forma que est eadē subiecto cum figura. differens tamen finē rationem. ut forma idoli et figura eius. dicitur enim forma in comparatione ad formā qd est ad intra hoc est ad subiectū compare formam. figura autem dicit finē qd est terminatō quātitatis qd ē compare eā ad extra. vñ in exterioribz subiecti convenit li neatio quātitati que in se claudit totū qdū et haec forma inter accidentales ē magis propria illo modo dicit formā compositioni cōtingens simplici et invariabilē essentia cōsistens. quia accidentis non contingit nisi composite. et p se non variatur. sed potius subiectum variatōnem per ipsam recipit. Etiam capitur aliquando forma abusive. et sic est ordinatio multorum ad unum quod est sicut mouens sicut dux est forma exercitus. Etiam aliquando accipitur forma prout est idem qd ordo vivendi. sicut dicit lex prescribere formā vite in pōposito rāmen mentio solum fit de forma naturali. Minus p̄. quo ad ei p̄ p̄mā p̄. da ali quod est efficiens producens res non per motum. sed per simplicem emanationem ut est prima causa. et de tali considerat metaphysicus. Aliud est efficiens produces res per motum ut est agens naturale qd introduceat formā per motum in materia. et de illo datur definitio in textu. qd efficiens ē qd ē principiū p̄mū vñ motus. ut p̄ p̄cipiū filij

Liber

Secundus

unde omne compositum non solum presupponit principia ex quibus res componit, sed cum hoc principium compositum illorum principiorum quod est efficiens. ideo preter materiam et formam in factore rei naturalis necesse est esse unum efficiens ut nesciis illa duo inter se. Et est notandum pro maiori intellectu habendo quod efficiens est quadruplices, scilicet efficiens perfecti ens preparans coadiuvans et consilians. Unde efficiens perfecti ens dicitur illud quod dat esse completum et perfectum ipsi rei et hoc per generationem introducere formam in materia a qua fluit totum esse rei. Sed preparans dicitur illud quod non introducit formam, sed disponit et preparat materiam ad formam susceptiorem ut motus spermatis in preparatiis quibus perparat sanguis menstruum in preparatiis suis ad formam suscipientem quam virtutem mouentem et preparantem habet sperma ex spiritu qui est in ipso qui deferit et vehiculum est virtus forma. Coadiuvans est quod non habet finem propriam sed aliquam virtutem conferit alteri efficienti in assecutione sui finis. ut adiutor ad hoc quod aliquid fieri. Sed consilians dicitur quod non confert virtutem alteri, sed dat alteri consilium consilians enim causa proprie non habet locum in rebus naturalibus vel in agentibus sicut in genibus, finibus, propriis. Littera vero est quod in rebus naturalibus ab eodem est modus operandi et efficacia operis. In agentibus autem finibus, propriis suis voluntariis non est modus operandi et efficacia operis ab eodem. unde in agentibus finibus possumus agens indifferens est ad opposita. et ideo necesse est quod agens determinet et per se ipsum ad illum effectum specificet. Et dicit dominus Albertus quod non pertinet ad physicum verissime cognoscere illam diversitatem efficiencie, sed sufficit physico ut cognoscatur et efficiens est una causas naturalium. Sed dices non est aliqua causa efficiens disponens sive preparans vel etiam coadiuvans quia tales cause efficientes essent instrumentales cuius tales ad causas finaliter reducantur. Ad hoc dicitur est quod causa instrumentalis reducitur ad causam efficiente et finaliter, sicut differenter quantum enim est ex ordine causandi reducitur ad finem. quantum vero est ex virtute agentis reducitur ad causam efficiencie. Secunda pars minoris patet, scilicet quod efficiens est mobile a fine hoc est efficiens mouet a fine. Nam efficiens non operatur nisi ab aliquo moueat, non quidem effectus, sed inclinatus per modum boni. igitur sic mouens causam efficiens est finis. unde in omnibus suis operationibus est duplex via, scilicet intentio et executio que sic se habent. et via intentionis procedat viam executionis, quoniam via intentionis causa efficiens mouet a fine, moto autem efficiens a fine mouet materia ab efficiente in via executionis ad formam introductionem. Pro cuius intellectu est scientia, quod quartus tuor modis causa ordinari possunt. Uno modo enim intentionem et ordinem causandi, et sic finis est prima. sedca efficiens, tercia materia, et postrema forma. Secundo modo possunt ordinari finis per inquietatem ad effectum et sic materia est prima quia in naturalibus res causant per motum cuius materia est substantia et quia forma intrinseca completa et perficit materiam. ita forma est secunda et causa efficiens est illud quod dicitur materia ad formam est tertia, et finis qui mouet efficiens est quarta causa. Tercio modo ordinantur quantum ad esse reale quod habent et sic illa dicitur prior quod primo habet esse extra oiam. et sic prima est efficiens deinde materia, et tercia forma, et quarta finis. Quarto modo ordinantur finis per dant esse actualem effectum, et sic forma est prima, sedca efficiens, tercia finis, et ultima materia. Physica autem in textu obseruat secundum ordinem, terciam pars patet ex dictis quodammodo per tam et sic probari, quia illa causa que prehensit omnes alias causas in causando et sine qua

alio cause non causant est causa causarum. de fine autem sic est quod materia cum sit pura potentia non potest se reducere ad actum, igitur oportet quod reducat ab aliquo efficiente, sed etiam siens non inchoat motum nisi fuerit motus a fine, igitur causa finalitas finis preuenit causalitate materie et formae, et per consequens finis est causa causarum, et particula illa potest exponi duobus modis, uno modo per excellentiam quod genitus reflectus supra suum numerum importat excellentiam, sed etiam modo potest exponi in habitudine cause agentis, et sic finis est causa omni causarum, scilicet efficiens formae et materie. Eo modo legimus et permisimus.

Ad objecta in oppositum

Ad primum dicitur est quod verum est quod tale sit de causa tam non considerat physicum ut dicunt est sed dum taxat de illo saltem principaliter quod res per motum producuntur, et de talibus loquitur in textu, et sic causa quia quicquid influit ad factorem rei, et facit ad esse rei est causa efficiens autem est huiusmodi, quia est principium motus, et dat formam ad quam consequitur esse genere causa.

Ad secundum dicitur est quod subiectum est causa passionis in triplici genere cause. Primo in genere cause materialis, quia passio est in subiecto sicut forma in materia. Secundo in genere cause efficiens, ut hoc gratia suorum principiorum. Tertio in genere cause finalis quia subiectum est perfectibile per suam passionem. Sed dices subiectum etiam est causa formalis passionis quia ponit in eius definitio. Ad hoc dicitur est quod duplex est definitio quedam est que datur per intrinsecam et exterioriam, et illius partes sunt formales. Alia est definitio data per additamentum alterius generis, et illius partes non sunt formales, quia sunt extra etiennam definiti. Ad tertium dicitur est, licet materia non dat esse per comparationem ad formam, dat tamen esse per comparationem ad compositionem in quantum suscipit formam a qua fluit formaliter ratione esse rei. Ad quartum dicitur est quod illa definitio causa non proprie datur de causa communis, sed magis in speciali datur de causa efficiente, cuius eius causarum est trahitur, et ideo effectus eius est aliud a causa efficiente, causalitas enim forme est intransitiva, nam eius effectus non est aliud a forma, potest tamen ista definitione alii causis appropriari, et per referentia causa ad totale effectum, quia talis effectus producitur est aliud a qualitate causa.

Ad quintum dicitur est quod patre mortuo filius producitur per qualitates activas et passivas, et per virtutem generali partem patrum in semine ab ipso patre que se habet tantum instrumentum respectu patris, et ideo patre corrupto filius esse, adhuc manet in semine finis virtutis causalitatis. Circa hoc est notandum quod semen ratione virtutis generativa in ipso existens est causa efficiens, et ratione illius quod substitutus ratione virtutis est causa materialis. In ratione primi est extensio, quia talis virtus eadem numero non manet in effectu, producendo actualiter, sed in ratione secundi est intrinsecus et manet in effectu, et sic in quantum efficiens est extrinsecus. Sed dices, si efficiens esset causa, tunc esset causa in fieri, hoc accidens non potest, igitur non est causa. Dicitur patet, quoniam nihil est causa illius quod non est esset res autem in fieri non est, igitur efficiens non est causa rei in fieri. Ad hoc dicitur est quod causas in quantum est in fieri non habet esse in actu, est tamen in potentia et illud sufficit ad rationem effectus. Et est notandum quod est aliquid efficiens quod solum est causa quo ad fieri, ut edificator respectu domus, et aliud est efficiens quod est causa quo ad esse et quo ad fieri, sicut respectu illuminationis aeris et causa prima respectu aliorum entium. Et huius materia et forma sufficiunt ad esse rei intrinsecum, requiriunt tamen efficiens extrinsecum. Ad sextum dicitur est quod finis

Physicorum

Accipit duobus modis. Uno modo si est in intentione agentis. et sic procedit alias causas. et sic habet rationem cause. Alio modo accipit secundum quod est in executione operis. et sic habet rationem effectus. et sic de ratione finis sunt duo. unum secundum quod habet rationem boni simpliciter vel boni apparentis. quoniam propter rationem boni mouer intentionem et appetitum agentis et sic finis in intentione non habet esse absolutum. sed habet respectum ad esse ipsum in executione. Secundum est et talis finis non dum sit acquisitus. quod habito sine cessat motus. et si acquisitus est non habet amplius virtutem causandi. Ex quo patet. quod finis est causa finis esse quod habet in intentione ante sui productum per respectum tamen ad suum esse reale. Ut per hoc soluit istud argumentum. intentione non mouer realiter. si ergo finis est intentione. igitur non mouer realiter. Aut soluitur sic. quod duplex est intentione. quodam est intentione secunda. ut genus species divisa est. et talis non mouer realiter. quoniam fabricatur per intellectum. Alio est intentione prima. scilicet res primariae accepta. et talis est duplex. quodam enim est speculatoria. que non ordinatur ad opus extirsum secum sive practicum. et illa etiam non mouer realiter. Alio est intentione practica que est de re factibili a nobis. et talis mouer realiter. et sic dicitur quod finis mouer in intentione. Exempli gratia. physis habet intentionem domus apud suum intellectum et etiam carpentator. sed in physis domus non est finis. quia non mouer cum ad operandum. sed domus accepta in anima carpentatoris est finis. quia mouer cum ad domicandum.

salitatis essentialiter ab inuicē distinctas. modi vero cau
sandi distinguuntur accidentaliter hoc est penes accident
ales conditions cause in ordine ad effectū.

Decimum dubium est

In in naturalibus necesse est summā inquirere causam.
Et videtur qd non. quia summa causa idem est qd prima
causa. inquirere autē primā causam spectat ad metaphysicū
cum. igit̄ inconvenienter Aristo. hic dicit. qd oportet sem
per summā inquirere causam. Solutio alteri. cū demo
stratio dupliciter facit fidez scz aut qd prima vera. aut p ea
que ex primis fidem sumplerunt. illa autem que qd prima
vera sumplerunt fidem non sunt per se cognita. sed poti⁹
ex alio demonstrata. Quādo igit̄ demonstratio fit talis
que est per ea que ex primis et veris sumplerunt fidē post
conclusionē habitam. restabit questio de principiis conclu
sionis donec veniat ad ea que demonstrata sunt per p
ma et vera. et ab illis incipit scia. Prima autem vera sunt
que habent in se causas primas ante quas nihil est in ge
nere illo. ea autem que sunt ex primis et veris demonstra
ta habit in se causas proximas effectui qd ante se habent alias
causas. igit̄ oportet in talibus reducere questiones vñqz
ad primas causas a quibz p se manat scia que tū ultime
sunt in resolutione questioni in causam. Modo demonstra
tiones sunt sicut definitōnes. sed definitōnes oportet inci
pere in genere primo. si cū aliquis definiat hoīem. et di
cat qd sit ual ratōne mortale. et querat quid sit animal.
oportet dicere qd sit subiecta sensibilis. et ibi stat. qd sub
stantia nō habet ante se qd definita. et p hunc modū o
portet demonstratio nō que est p causam incipe a causa p
ma. qd ab illa incipit scia. Ad obiectū in oppositū dñm
est. qd duobus modis aliqd dicit prima causa sive suprema.
Uno modo simpliciter. sic scz qd non habeat priorem cau
sam. et sic ea inquirere spectat ad metaphysicū. Alio mo
dus suprema causa in aliquo genere. sicut dicit Aristo.
les in textu qd edificativa est suprema causa edifici qd ab
soluta nō est vera. scz qd sic simpliciter pma causa. sed ē ve
rum in tali effectu. et sic physicus habet considerare pma
causam in suo genere id est ppram et per se.

Igitur autem fortuna et casus causaz
et enī multa esse et fieri propter fortu
nam et propter casum. Quo igit̄ mō

Physicorum

In his causis est fortuna et casus. et utrum idem sit fortuna et casus. aut altera et omnino quid sit fortuna et casus considerandum est.

Viste est quartus tractatus huius secundi in quo physis determinat de causis per accidens. ut sunt casus et fortuna. Et dividitur presens tractatus in quatuor capitula. In quo primo narrat opiniones antiquorum eas reprobando. In secundo inuestigat definitiones casus et fortunae ex quatuor divisionibus. ibi, primum quidem. In tertio ostendit differentiam casus et fortune. ibi, differunt autem quoniam casus. In quarto capitulo physis docet reducere casus et fortunam ad causas per se. ibi. Sed modox causarum. Et dividit primum capitulum in duas partes. In qua prima physis premunit ordinem dicendorum. In secunda vero parte narrat tres opiniones antiquorum. dicit igitur physis quod deinceps determinandum est de causis per accidens. scilicet de casu et fortuna que sunt de numero causarum non quidem manifestaz. sicut cause quatuor predictae. sed immanifestarum. Et a quibusdam phylosophis multa dicuntur fieri a casu et fortuna in rebus naturalibus. ideo opus est considerare qualiter fortuna et casus accipiunt intentiōnem causarum et qualiter differunt ab inuicem fortuna et casus. eo quod quidam hec eadem esse dicunt. et quidam dicunt quod differant ab inuicem. Et oportet etiam querere quid fortuna et quid casus.

Quidam em̄ z si sint aut non dubitant. **Nihil** em̄ a fortuna fieri dicunt sed oīm esse aliquaz causam determinatā. quecunq; nos dicimus a casu fieri aut a fortuna. vt veniendi a fortuna i foro reperiendi quē volebat. z quēnon est op̄i natus ante hui⁹ causa est venientē velle emere **Similiter** aut z in alijs que a fortuna dicūtur temp⁹ est aliquā accipere causam s; nō fortunā.

Hic phus narrat tres opiniones antiquoz de casu z fortuna quas etiam improbat. Quaz prima est. quidam pbi dixerunt nihil fieri a fortuna. z illam opinione probabant duab ratonib. Quaz prima est. illa que fuit a determinata causa illa non fuit a casu z fortuna. cum causa determinata sit causa g se. omnia aut que fuit habet causam determinatam. igit nihil contingit fieri a fortuna. Vt hor. pbatur qz demostenes inuenit amicu suu eschinem i foro vbi non precōcepit nec intendit cum inuenire dicit eē a fortuna. item illius est determinata causa. ista sez qz demostenes voluit ire ad emendū aliqd in foro illo vbi erat eschines. Et silt dicunt esse in alijs que tamē nos dicimus esse a fortuna. qz in eis contingit aliqua accipere causam per fortunā qz determinata est et intenta. igit nihil dicitur fia casu z fortuna.

Quoniā si aliquid erat fortuna inconueniens
vtiqz videbit. sicut z vere est. z dubitabit ut
qz aliquis propter quid nullus antiquorum sa-
pientium causas de generatōne z corruptōne
dicens de fortuna nihil determinauit. sed sicut
visum est nihil opinabantur neqz illi esse a for-
tuna et a casu.

Hic p̄hs ponit sc̄am rōnem antiquoz. si aliquid ēēt

Arestotelis

**fortuna sapientes antiqui qui locuti sunt de causa gene
ratonis et corruptoris aliquid de fortuna et casu determis
nassen. sed nullus eorum invenit aliquid de fortuna et casu
dixisse. cuius causa videtur esse quod nihil opinabant esse for-
tunam et casum. solutones autem istas duas rationes pa-
rebunt in primo dubio post obiecta in oppositum.**

Hed mirabile hoc videbis sicut vere est. multa enim et sunt et sunt a casu et fortuna que non sunt ignorantibus quoniam est inferre unumquodque in aliquam causam eorum que sunt. sicut antiqua ratio dixit destruens fortunam et casum esse. tamen horum quidem alia dicunt esse omnes a fortuna. alia non a fortuna. unde et quodam modo erat ipsis facienda memoria. At vero neque illoz aliqui opinabantur esse fortunam ut amiciciam aut litem. aut ignem. aut intellectum. aut aliquid talium. Inconveniens igitur est siue non putauerunt siue putantes relinquerunt. et hoc aliquando viventes sicut empedocles non semper aerem congregari superius dicunt sed ut contingit Dicit enim in mundi creatione quod sicut collisit se currens tunc multotiens autem aliter et partes animalium aut a fortuna fieri plurimas.

Liber

et terram, sed potius hoc contingit a causa accidentalis et a casu. Dixit enim quod in mundi creatōne accidit sicut in cursu hominis. Cum enim currat aliquādō aliquid pedem quā habet obstatulum ī via quod non preundet, et aliquādō non aliud dicit quā nō obviēt et obstatulū. sicut etiā aer tunc, quā mundus creabat quā nō inuenit obstatulū ascendit sursum. Multo tamen aut sit aliter in motu aeris, quā inuenit obstatulū, et h̄ totū est per causas accidentales preter intentōnem naturae. Et silt est in partib⁹ aīaliū, quā casu congregant aliquādō partes ex quibus sit caput et etiā partes ex quibus sit corpus, et tunc sit generatio. ita etiā casualis est mundi generatione et creatōne in uno tge et non in alio. sicut et aer aliquādō congregatur sursum et inundat in ventu, et aliquādō deorsum et inundat ī terremotū et casu et fortunā. Et similiter dixit Democritus quā in infinito vacuo resperbi attoniti casu occurrit libi aliquādō et generant mūndū, et aliquādō ita disperguntur per casum quā mundus vel in toto dissoluit vel ex maiori parte.

Sunt autem quidam qui celi huīus et munda norum omnīū causant esse casum. A casu enim fieri voluntatem et motum discernentem et stantem in hunc ordinem omne.

mr 2^o opimione
riuorū

Hic phs ponit secūdā opinionē aliquōz antiquorum et est ista, quā om̄ mundanōz causa sit casus, hoc est quā casus et fortuna sunt causa celi et omnīū partū mundi. quōz nā dicit quā motus celi, et cursus astroz, qui discernunt infētiora, et totū vniuersum ponunt in ordinem istū quē vidēmus et statuunt quō slabiliunt illū in illo ordine ille autem sit a casu et fortuna. igitur, &c.

Et multum admiratione dignū est dicentes animalia quidē et plantas a fortuna nec esse nec fieri, sed aut naturam, aut intellectum esse aut huiusmodi alteram causam. Non enim quoniā am enēterit ex semine unoquoq; sit aliquid. sed ex tali quidem oīia, extali autem homo. Et lumen autem et diuinorum manifestorū a casu fieri. huīus autem causam nullam qualē aīaliū et plantarū. Et si igitur sic se habent, hoc ipm dignū est insistere et bene licet aliquid dicere de hoc ipso. Quomodo em̄ eo quod aliter inconveniens est quod dicitur adhuc inconvēnientius est dicere hoc videntes quidē in celo nihil casu fieri. In his autē que nō sunt a fortuna multa contingere a fortuna, et ergo erit merito eōtria fieri.

Hic phs probat istā opinionē dicēs et multū admiratione dignū est, et hoc propter duas ratiōnes. Quaz p̄ma est si illud quod magis videt inesse nō inest, nec illud quod min⁹ videt inesse inest, sed casus et fortuna nō sunt ī inferiorib⁹ corporib⁹, igit̄ nec ī corporib⁹ superiorib⁹. Min⁹ p̄z, quā aīalia et plate nō sunt a casu et fortuna sed aut intellect⁹ ē cā in eis sicut in his que agunt a voluntate aut natura est causa in eis, sicut in illis que agunt a natura. Et hui⁹ signū est quā illud quod sit ex semine nō sit ideo ex eo quā sic contingat contingentē p̄ casum, sed sit ex causa determinata essentia, et ideo ex semine oīia sit oīia, et ex semine hominis sit ho-

Secūdus

mo et non aliud, si aut fieret a casu sepius fieret ex seminib⁹ bus illis aliud et aliud. Celi aut et stellas que sunt diuinā et nobilitā inter ea quā manifesta sunt nob̄ dicū fieri a casu et fortuna, et nullā cā determinatā naturalē vel voluntariā dicū esse ipoz, sicut causas determinatas dixerūt esse oīia et plantarū. Secūda ratō patet p̄ experientiā, quā in inferiorib⁹ videmus multa fieri a casu et fortuna, nūc aut in corporib⁹ superiorib⁹, cū uno mō et determinatē sunt, et ideo modo contrario dicere debuerunt, scz in corporib⁹ superiorib⁹ scz in celo et stellis nihil fieri a casu et fortuna, in inferiorib⁹ aut multa. Erat aut cā erroris ipoz, quā scientia astrorū eoz tge nō erat inuenta. Et sō videntes retrogradūtē ascendendo et descendendo moueri quādā stellas dixerunt casum et fortunam esse in eis.

Sunt autem quidam quibus videtur esse quādem casus et fortuna īmanifesta autem humano intellectui tanq; diuinum quoddam ens et felicius. Quare considerandū est quid sit utrūq; et si idem aut alterū sit casus et fortuna, et quō indeterminatas causas incident.

Hic phs ponit tertīā opinionē istā scz, quā casus et fortuna sunt cause, tamē sunt īmanifeste intellectui humano et isti istā opinionē narrantes putauerū felicitatē et infelicitatē hōis ī potestate fortune, quare dixerunt fortunam īstū numerū nūmen ī templū statuerunt et idolū quō erat ī rota, propter varietatem, et cecū propter imprudētiā fortuitoz, et dimidii erat nigrū et dimidii albū, propter euſortū et infortū que sunt pres fortune, purabāt ēm̄ quā ab eo quod est incognitū homini libi nō posse cauere ī malis aut occurrere ī bonis ex uno intellectu, et iō orabane diuinū nūmen vt p̄cipiare ī malis auertendis, et beniuolū et largū īst̄ ī bonis cōserendis. Istā īn opinōne exp̄res s̄ Breſto, nō reprobat, sicut alias, cū de diuino nūmine aut intellectui diuino determinare ē altioris scientie.

Primiū quidem igitur quoniā videmus alia quādem semper similiiter fieri, alia autem sicut frequenter, manifestum est quā neuter horum causa fortuna dicitur, neq; quod ex necessitate et semper, neq; eius quod est sicut frequenter. Sed quoniam quedā sunt et extra hec, et omnes dicūt hoc īst̄ a fortuna, manifestum quā fortuna ali quid sit et casus, huiusmodi em̄ a fortuna fieri et que a fortuna huiusmodi īst̄ dicimus. Eorum autem que sunt alia quidem propter hoc sunt, alia vero non.

Istud est scđm capitulū hui⁹ tractatus in quo Breſto teles īvestigat definitōnes casus et fortune ex quattuor divisionib⁹, quā sicut docuit Breſto, scđo posterior, quā definītio īst̄ īvestiganda p̄ divisionē. Est autē prima divisionē, Forum que sunt, quedā dicitur semp fieri, vt motus astorū, quedā autē frequenter, quedā autē extra hec hoc est extra semper et frequenter vt monstra et pdigia. Ea ēm̄ quā semp similiiter sunt a causis necessariis ēcē modo semp se mouentibus et habent substantiā incorruptibilē motam, et ideo non possunt habere contrarium impediens ī causalitate sua. Ea autem que sunt sicut frequenter, sunt ea que habent causam ordinatam non neq;

Physicorum

Aristotelis.

cessariam. et ideo contingit eis habere praeclarum per quod aliqui possunt impediti ne producant sua causata. sicut est quod ex semine ovi generetur ovi. et ex semine hominis generetur homo. et sic de aliis. Et si sita duo comparentur tunc ea que sunt necessaria et semper sunt mouentia et regulantia ea que sunt frequenter. sed non accipiunt in toto regulam ipsorum propter hoc quod materia ipsorum est cum priuato ne. et forma non in toto vincit eam. Quod enim ea que sunt frequenter deficiunt ab his que sunt semper. hoc est propter materie eorum inequalitatorem eo quod ipsa receptibilis est praeclarum et disponit ab ipsis. ita quod aliquando non ocedit motori et forme. tamen hoc ipsum quod frequenter sunt habent ab hoc quod forma eorum et virtus formativa eorum est determinata ad unum. et extrahit potestilitatem materie ad unum que de se fuit indeterminata antea adveniret ei virtus formativa unius determinata a motore determinato. Et sic patet qualiter sepe siue frequenter currat sub illo quod est ipsorum et habet aliquid ab eo quod est ex parte sue forme. et deficit in aliquo ab ipso ex parte sue materie. Manifestum autem est quod in neutrō istorum modorum ponenda est fortuna. neque id quod est a fortuna. quia virtus habet causam determinatam mouentem et formalē. et id quod est semper. et id quod est frequenter licet vacilet aliqui in creando propter inordinatōne aliquā sue materie ex diversa dispositōne contraria. Sed quod quedā sunt extra hec et propter hec hoc est extra semper et frequenter. et in multis oīnes dicuntur. aliqui fieri fortuna et a casu manifestum est. quod per iudicium loquentes dicunt hec esse a fortuna et a fortuna fieri. Sedā diuisio est. Eorum que sunt alia sunt propter hoc. alia vero non. Illa enim dicitur fieri propter hoc que sunt propter aliquā determinatū sine notabilis bonitatis. Et dicitur fieri non propter hoc. que non sunt propter aliquā determinatū finem notabilis bonitatis ut motus manū. propter aliquā phantasiam aut levitatem vestimenta terra.

Horum autem alia quidem finis propositus sunt alia vero non. ambo autem sunt in his que sunt propter hoc. Quare manifestum est quoniam in his que sunt propter necessarium et quod sicut frequenter sunt quedam circa que contingit quod est propter hoc. Sunt autem propter hoc quocunq; ab intellectu virtutis aguntur et quecumq; a natura. Huiusmodi igitur cum finis accidens fiant a fortuna dicimus esse. Sicut enim et quod est aliud quidem per se ipsum est. aliud autem finis accidens. sic et causam contingit esse ut domus quidem per seipsum est edificativa. finis accidens autem ut albū vel musicum. Per se quidem igitur causa finita est finis accidens autem infinita. Infinita enim ratione accidentia inducere ut yadat ad locum ubi inuenit hōiem qui est amicus suus quē tamē non intenderat inuenire.

Quarta Divisione
No. 2. a. 1.
facta propter hec. et fines determinatos. Sunt igitur propter fines determinatos facta quecumq; aguntur a natura. ita ut natura generaliter sumatur per omnia quod agit modo nature. et hoc est omne illud quod non deliberat ad actum aliquā faciendum. Deinde subiungit quartā diuisiōnē istā scilicet. Sicut enim ens dividit in ens per se quod est substantia. et in ens per accidēs ut nouē genera accidentia. ita etiā causa dividit in causas per se ut causa domus per se est ars edificativa et edificator. et in causam per accidēs ut causa domus est forte albus vel musicus. Et tunc p̄hys subiungit drām inter has causas dicens. quod causa per se que est essentialis est determinata et finita. et quod finis forma est determinata. Causa autem per accidēs que est per accidēs talis est ab accidēte communitate dicta est infinita hoc est indeterminata eo quod sūt infinita finis forma quod vnius accidit. Infinita enim accidentia p̄ducunt hōiem inducere ut yadat ad locum ubi inuenit hōiem qui est amicus suus quē tamē non intenderat inuenire.

Sicut igitur dictum est cum in his que propter hoc sunt hoc fiat tunc dicitur a casu et a fortuna. Ipsorum autem differentia horum ad inuicem posterius determinanda. Hunc autem hoc sit manifestum quod virtutis sunt in his que sunt propter hoc ut causa accipiendo argentum venit virtus delaturus pecuniam si sciuit. Venit autem non huius causa. sed accidentia venire et facere hoc reportandi gratia. hoc autem neque sicut frequenter venient ad villam neque ex necessitate. Amplius autem finis et reportatio non sunt in seipso causarū. sed propositus aut ab intellectu et dicitur a fortuna venire. Si autem proponēs et huius causa aut semper veniens aut sicut frequenter reportaturus non a fortuna. Manifestum itaque quod fortuna causa sit finis accidens in his que sunt finis propositū. eorumque propter hoc sunt. Unde circa idem et intellectus et fortuna est. propositum enim non est sine intellectu.

Hic philosophus ex diuisiōnibus iam dictis infert de finitōnem fortune premittendo tamē quod prius dictum est scilicet quod cum in his que sunt propter finem aliquā aliquid fiat a casu vel fortuna finis accidens. tunc dicitur a casu aut fortuna fieri hocquod fit. In quo autem differunt casus et fortuna postterius dicitur. Sed ex nunc dicitur manifestum est quod virtus ipsorum sit in his que sunt propter aliquā ut si de mortuis venerit ad villam. ut acciperet argentum sed scilicet ibi sibi foze dandus argentum. si autem nescierit et inuenit ibi hōiem qui sibi dedit argentum. tunc a fortuna dicitur fieri quod accepit argentum. deferens autem pecuniam neque sicut frequenter venit ad villam neque sicut semper et ex necessitate sed potius sicut raro. quia raro hoc accidit. Amplius reportatio argenti est finis quod fortius est aduentus suis licet non intenderis propter hoc venire. et ideo non est finis essentialis propter quem venit. sed in eis finis propositi et intellectus. Et est notandum quod duplex finis propositi et intellectus. quidā enim est finis proprieatis et intelligentis. et est ille quem intendit. ponens et licet propter quem operatur. et ille non est fortius. Alius

hic p̄hys ponit tertiam diuisiōnē dicens. Eorum que sunt quedam sunt ab agentibus finis propositum. ut illa que sunt a libero arbitrio et intellectu deliberante. sicut sunt oīia voluntaria. Alia autem sunt ab agentibus non finis propositum. ut illa que sunt a natura. aut a natura vegetabilis vel sensibili non habentes aliquā deliberationē in suis actib; sicut alia sunt a posito et a non sicut a posito sicut de numero et ratione sunt finis propter aliquā finem. Manifestum enim est quod tam in his que sunt finis necessitatem et semper quod in his que sunt sicut frequenter. sunt quedam circa que contingit esse quod sunt

Liber

Secundus

est finis ad quē terminat opatio pposita et intellectus q̄ est sine scitu et pordinatore pponentis, et ille est fortuitus ut s̄t̄ pponens reportare pecuniam. sicut aut̄ se habet hoc i pposito, ita casuale se habet in alijs causis que sunt ppter ppositū agētis. Ex quib⁹ iam inferit definitio fortune. Fortune est causa per accidens in agentib⁹ s̄m ppositus eorū q̄ sunt ppter hoc extra temp⁹ et frequenter. Et ex hoc vlt̄ manifestū est. q̄ fortuna circa idē opatur circa qd̄ est intellectus practicus, ppositū em̄ deliberans de faciendis nō est sine intellectu pratico, ppter qd̄ si quis cōsiderare velit eē fortuitū ex duob⁹ p se intentis causas, quoq̄ alter⁹ ad min⁹ est a pposito. reliquā aut̄ aliquā est a pposito aliquā a natura, q̄a inuenit̄ amici in villa qui nō intentus est inuenit̄ in ea causata est ex eo. q̄ vnius amicorū intendit aliqua de causa ire ad villam et alter intendit ire ad eandē. cū neuter intenderit ibi inueniri ab altero. Et sic constat. q̄ fortuitum semper causas ex duob⁹ intentis. Et hec fuit causa q̄e quisdam dixerūt q̄ habeat cām p se. hoc em̄ mō absq; dubio reducit fortuitū ad causam p se. sicut oē p accīs ad aliquā p se reducit. nō tñ in alii reductōne fit p se. sicut nec accīs fit substatia ex eo q̄ ad subam reducit. Et hec ē causa q̄e falso dicunt dicentes fortuna nō esse causam p accidēs ppter hoc q̄ reducitur ad causam p se.

Infinitas qdē igīs cās, necesse ē esse a qdō vñiq̄ fiat. q̄ est a fortuna vñ videt̄ fortuna infinita esse et īmanifesta homini. Et est vñ nibil a fortuna videbitur fieri. Omnia quidez em̄ hec recte dicunt, quoniā ratōnabiliter. Et quidem em̄ vñ sit a fortuna s̄m accidens em̄ fit, et est causa si/ cut accidens fortuna. sicut aut̄ similiter nulli⁹ vñ domus edificator⁹ quidē causa est. s̄m accidēns aut̄ tibicē et venientē referendi argenti⁹ non huius causam venientem infiniti sunt multitudine. Etenim videtur aliquā volēs et perseguens et fugiens et visurus.

Hic oñdit ph̄us q̄ necesse est infinitas causas ēē a qd̄ fit id qd̄ est a fortuna, cū fiat ab accidēte p accidēs, quod ē accidēs cōmune, et hoc fit indeterminatū et infinitū, eo q̄ in determinata sunt que si accidere pnt̄ vñ et eidē agīs fortuna ē illo mō infinita, et īmanifesta et incognita homini. Et q̄a dicit̄ est, q̄ oē qd̄ fit reducīt ad aliquā cām p se. qd̄ nihil videt̄ aliquib⁹ fieri a fortuna, cū ipa non sit cā p se, nec causat ab accidēte p se. Qia em̄ hec aliquo mō recte et rōnabiliter dicit̄. q̄a hoc qd̄ fit a fortuna s̄m accidēs fit et nō p se, qd̄ reducīt est ad causam p se, et quo ad hoc non ē fortuitū. Ut fortuna est causa sicut p accīs, et p accidēs est causa eius cui⁹ causa est, sed nullus cā est p se. Et pfecte istud intelligat necātū est scire drām, inter causam p se, et causam p accidēs, et occasiōe. Causa em̄ dī p se que ei sensibiliter ordinat ad effectū, pducendū, sicut edificator⁹ est causa domus. Causa aut̄ s̄m accidēs est q̄ ē adiuncta cāe per se p̄aliquid qd̄ accidit ei, quādoq̄ disponit ad effectū, quādoq̄ aut̄ nihil, sicut q̄ tibicē est causa dom⁹, eo q̄ ats tibicē ad nihil facit ad dom⁹ fabricanū, sicut rob̄us est causa dom⁹, rob̄us disponit ut fortuit secerit cū dolabro et factura dom⁹. Sed occasiō dī ad aliquā q̄ cui⁹ negligētia vel absentia accidit aliquā sicut ab sentia nauigie, causa est euerionis nauis, causa aut̄ q̄ accidēs ē fortuna

q̄m fortuna est accidens qd̄ facit euenire. Ita q̄ aduentus terminetur ad aliquā felix ut reportare pecuniam. hec aut̄ insīnata sunt que suū pnt̄ est cause. Si em̄ venerit ad villā et cipiet pecuniam quā non pndit se acceptū, et p̄t̄ esse causa aduentus, q̄a ibi voluit aliquā, et inuenit ibi dantē pecuniam, vel q̄a psequebat illuc inimicū suum, aut̄ q̄ fugit illuc inimicū suū, vel q̄a venit visurus villam illā, vel ludū alijs quem in villa illa, et infinitis alijs de causis venire potuit ita q̄ semp nihil presciuit de hoc q̄ pecuniam erat acceptū. Quodlibet em̄ eorū est in pauciorib⁹ s̄m q̄ terminat actū dī le ad pecunie acceptōnē, nō em̄ frequenter sic venit vel fuit q̄ pecuniam accepturus, littere frequenter veniat visurus vñ emperius aliquid qd̄ p̄t̄endit et pordinat se facturum. Non em̄ raro est q̄ homo emperius aliquā aut̄ visurus a liquore vadat ad villam. Et s̄m alios ex isto textu sumuntur tres p̄petrantes q̄ a sapientib⁹ ponunt. Prima q̄ cause illā qd̄ fit a fortuna sunt infinitae, q̄ fortuna ē cā p accīs s̄m finita vñ accidit. Secunda q̄ fortuna nō ē manifesta hōib⁹, qm cause eius qd̄ fit a fortuna sunt infinitae, infinita aut̄ est nobis ignorū, ignis. Tercia est, nihil fit a fortuna, q̄ est causa q̄ accīs, sed qd̄ est p accidēs quādā mō nō est.

Et dicere esse aliquid extra rōnem fortuna re/ cte est. Ratio em̄ est eorum que semper sunt, aut̄ eorum que sunt frequenter. Fortunā aut̄ in his que sunt ppter hec. Quare quoniā in/ finite que sic causes sunt et fortuna infinita est. Tamen in quibusdam deficit vñiq̄ aliquis. Numquid igitur contingentia cause vñiq̄ fiat fortunē et sanitatis aut̄ spiritus aut̄ cestus, s̄m non depilari. Sunt autem alie alijs proximi oris que sunt s̄m accidēns causa.

Hic psequēter Aresto, oñdit, q̄ nō est inēcūnēs dīcēre, q̄ fortuna sit de his que sunt extra rōnē, cū causetur ab his que sunt raro aut̄ infinita, rō em̄ est de his que habet causas ordinatā vel semp vñ frequenter, fortuna aut̄ ē in his que sunt extra semp vñ frequenter, s̄m in his que raro sunt, qd̄ tur si infinitas habet causas effectus fortuitus, s̄m fortuna infinita. Et subiungit ph̄s q̄ p̄tingens aliquā est ab acciden/ te p̄inquo, et aliquā ab accidente remoto verbi gratia, lant̄as est fortuna, et p accidēs p̄t̄ causari a multis causis, p accīs em̄ p̄t̄ alioq̄ sanari ppter intentionē suā ex hoc q̄ in trāt̄ in spiritū hoc est vñcū q̄ p̄fluffat eū et sanat cū tamē nō ppter hoc in spiritū intrauerit, et p̄t̄ sanari ex hoc q̄ ipse subimbat estū qui sanat eum cū nō ppter hoc in estū vene/ rit, et p̄t̄ sanari ex hoc q̄ depilat p̄ rasurā capitū, cum tñ non ppter hoc rasaret vel depilauerit caput. In his em̄ cau/ sis accidentalib⁹ quedā sūt p̄inquieres sanitati, sicut vñcū tu et cestus, quedā aut̄ sūt remotores, ut depilatio aut̄ ab rasio pilox, a capite, et ille que sunt remotores sunt ma/ gis per accidēs q̄ ille que sūt p̄inquieres, q̄a p̄inquieres sunt magis vicine cause p̄ se. Et sic pat̄ q̄ quedā cau/ se per accidēs sunt p̄inquieres quedā remotores.

Fortuna autem bona dicit̄ cum bonū aliquid euenit, prava autem prauū aliquid euenit. Eu/ fortunū aut̄ et diffortunū est cum magni/ tudine habentia sunt hec, vnde et secus parvū malū aut̄ bonū accidere magnū, aut̄ discōtin-

Physicorum

gere aut euocatingere est. qm̄ sicut est d̄ intellegit. Quod em̄ ad pū distat tanq̄ nihil distare videtur. Amplius autem incertum eufortunum rationabiliter est. Fortuna em̄ incerta est neq; em̄ ut semper neq; sicut frequenter. possibile esse que sunt a fortuna. Sunt quidē igitur ambo cause quēadmodum dictū est. fm accidens. et fortuna et casus in cōtingētibus fieri neq; simpliciter neq; sicut frequenter et eorum quæcumq; vtq; sicut propter aliquid.

Hic p̄hus ponit diuisionem fortune que diuiditur in eufortunis. et diffortunis sue infortunis. et hoc ideo qz fortuna est circa eadem circa que est. p̄positum et intellectus que conferunt ad vitas hominis. et q̄o casus et fortuna cōueniunt. et tamē premitendo quid sit bona fortuna. et quid prava hoc est mala. Dicitur em̄ fortuna bona cū aliquid bonū euenit hoi preter intentionem. Qd dicitur prava cū euenit aduersum et pravum. Et fortuna que est circa. p̄sp era nō habet nomen proprium nisi quādo magnū bonū euenit homini. et tūc vocatur eufortunum. Et autē maximū malum euenit tunc vocatur infortunium qd̄ alio nomine difforunum appellatur. In magnis em̄ bonis vel magnis malis dicitur homini aliquid discōtingere aut euocatingere. Intellectus em̄ hominis actiūs non dicitur variari nisi fm magna bona vel mala. nec vita hominis variationē suscipit fm prospera vel aduersa mīl̄ sunt magna. Si em̄ parue fortune variarent statim vite humanae semper variaret et simile esset homo felix et infelix. quod fallsum est. Et iō sicut fortune se habent ad vitam nō mutatiām ita nō minat eas intellectus. fm autē fortunam. hominis vita quasi nihil dehabere videtur. et ideo quis nō dat nomia specialia s̄ magnis ut p̄ ex dicit. Qui em̄ fortune nō sunt de essentiā felicitatis. qz felicitas est actio fm pfectiōnem optimā virtutis anime. cū bone fortune organice subueniunt felici. et faciunt ipsum expeditiōrem ad actō felicitatis quando magne sunt. Quādo vero que sunt in nullo expediunt. et ideo non merentur habere nōmē eodem autem modo est de infortunijs. hec em̄ cum magna sint conturbant felicem quās felix ipsi decenterē vēcatur ex virtute animi. Sz si pue sunt fortune male in nullo turbant felicem. et ideo nec ille nomen habere pr̄sum merentur. Sed de talibus latius haberur p̄mo ethicorum. sive autem s̄ eufortunum sue infortunium incerta est vtq; fortuna non irrationabiliter. qz certitudine non est nisi in his que sunt semper vel frequenter et neutrō modo. Sed in paucioribus et raro sit fortuna. Nihil em̄ horū que sunt a fortuna possibile est esse sp̄ vel frequenter ut patet ex dictis. Deinde subiungit dicām p̄uenientiam casus et fortune dicens. qz cōueniunt in hoc qz sunt cause accidentales non fieri hatentes in cōtingētibus semper que sunt necessaria sed in cōtingētibus raro et non in cōtingētibus per accidēs quod est in pluribus sicut ea qz sunt frequenter. et sunt in his qz sunt propter aliquid.

Differt autem qm̄ casus in amplius est. qz fortuna. Quod em̄ a fortuna est et a casu. Hic autem non omnis a fortuna est. Fortuna qdē

Aristotelis.

em̄ est. et quod a fortuna est quibuscunq; et eu/ contingere vtq; inheret. et omnino actus est. vñ necesse est circa practicam esse fortunam. Signum autem est. qd̄ videtur idem esse felicitati aut prope. Felicitas autē praxis quidem est. Eu praxis em̄ est quare quibuscunq; nō contingit agere neq; a fortuna aliquid facere.

Istud est capitulum tertium in quo ph's ostendit diffe/ rentiam casus et fortunae. dicens. qz differunt sicut spes et genus. qm̄ casus est in plus q̄ fortuna. qz qd̄ est a fortuna est etiam a casu. sed non econverso. cū non omnis casus est fortuna. fortuna em̄ in eo qz videtur aliqd con ferre ad felicitatem dicitur de his quibus inest bñ con tingere et male contingere in cōferentib; ad vitam. hoc est fortuna est in agentibus fm propositum. Nam in illis est fortuna. in quib; est agere. quia ex actione puenit eucontingere. sed actio solum est in habentib; intellectum et voluntatem. cū agere sit ad finem dirigere. habētia aut̄ intellectum et voluntates dirigunt se ad finē. Alia aut̄ aialia potius diriguntur ex instinctu nature. et ideo poti⁹ dicunt agi q̄ agere. et ideo bñ arresto. in textu dicit qz fortuna sit circa practicā p̄tem vite que dicitur actus. Et signum huū est. qz quidam dicunt qz fortuna videtur esse eadem felicitati. qz illi dixerunt felicitatem cōsisteret in diuitijs. aut prope felicitatē. eo qz aliqd con fert ad felicitatem. Nam felicitas practica que consistit in habitibus moralibus prudentie coniunctis est prope fortunam. et talis nō potest perfecte haberi sine diuitijs vel bonis fortune. cum sint multe virtutes morales. qz rum usus habere nō possit absq; diuitijs. sicut ē liberalitas et magnificētia. igitur cōuenienter dicitur qz fortuna est p̄p felicitatem. non quidē speculatiuaz que consi stit in habitu sapientie non habente ordinem ad fortunam. sed practicam.

Et propter hoc neq; ināiatum nihil. neq; infans. neq; bestia nihil facit a fortuna. qm̄ non habent propositū. Neq; em̄ eufortunum neq; infortunium inest his nisi fm similitudinem. si cut dicit protarchos. eufortunatos esse lapides ex quibus sunt arcum honorētur. Lopulati autē his cōculcantur. Pati autē a fortuna in est quodā mō. et his. cum a gens aliquid circa hec agat a fortuna aliter autem non

Hic arresto. cōcludit ex premisso in quib; nō est fortuna dicens qz nullum ināiatum facit aliquid a fortuna. neq; infans qui non p̄t vt intellectu deliberante neq; bestia. eo qz talia propositum non habent. et ideo neq; eufortunum neq; infortunium accidit eis nisi fm similitudinez et metaphoram sicut lapides ex quibus sunt altera aut imagines deoz. protarchos dixit esse bene fortunatos. eo qz adorantur et honorantur. Lopulati autem eis qz sunt eis similes. p̄culuntur pedib;. talibus tñ nō p̄tingit aliqd fm fortunam nisi passim. vt cum aliquis circa aliqd operat a fortuna et non aliter. Et ideo fortuna eos non est in actione sua s̄ potius in passione. eo qz ea que sunt circa ipsos ab operantibus p̄ intellectum sunt summa felicitati cuidam.

Liber

Secundus

Sed casus est in alijs animalibus et inanimatis. ut equus casu inquit venit. quoniam saluatus quidem veniens. non salutis aut causa venit. et tripos a casu cecidit. Stat quidez enim causa sedendi. sed non causa sedendi cedit. Quare manifestum est: quod in his que simpliciter propter aliquid sunt. cum non accidet causa sunt quorum extra est causa. tunc a casu dicimus. a fortuna autem quecumque a casu sunt. propositum in habentibus propositum.

Nic philosophus ostendit in quibus est casus dicens. quod casus non solum est in hominibus qui voluntarie agunt se in alijs animalibus ab homine et in rebus inanimatis. Exemplum in animatis. ut equus venit casu et saluatus est. quod perditus fuisset. si non venisset non tamen venit propter hoc ut saluaretur. sed per pabulum recipere. Exemplum aliud formari potest de qualibet animali bruto. Exemplum in non animatis. ut tripos cecidit eo quod remotum fuit id quod sustenabat eam. cadens autem cecidit sic ut esset aperta sedes sedenti super eam. et hoc fuit casu. quod non cecidit propter hoc. Igitur manifestum est quod in his que simpliciter propter aliquid sunt. quod non sunt propter illud quod accidit ex fieri eorum. sed causa eorum est extra ipsa et intentiones eorum. tunc dicuntur fieri a casu. A fortuna autem dicuntur fieri quecumque de numero casuum fuit a proposto. in habentibus ipsum propositum quo ad intellectum deliberantem.

Signum autem est quod vanum est. quoniam dicitur cum non fiat. quod propter aliud illius causa. ut ambulare depositionis causa est. Si vero non fiat ambulatio. frustra dicimus ambulasse. et ambulatio vana est tanquam hoc sit frustra quod aperatum natum est alterius causa. cum non includit illud cuius causa erat aptius natum. Quid si aliquis se balneatum dicat frustra. quia non deficit sol deriso vestigium erit. non enim erat hoc propter illud. Sic igitur quod a thomatum fuit nomen est. cum ipsum frustra fiat. Lecidit enim non pertinet dilapis. ab eo igitur quod a thomatum cecidit lapis. quia cecidit vestigium a quodam. et percutientia causa.

Nic philosophus ostendit in quibus maxime differunt casus et fortuna dicens. quod maxima differentia causis ad fortunam. est in operibus naturae. cum aliquid in operibus naturae fiat extra naturae intentionem. ut quando generatur sex digiti in una manu. aut duo capita in uno genere rurantur corpori. aut si aliquis defectus aliquorum membrorum aut membrorum tunc non dicitur fieri fortuna. sed a casu et ab eo quod est per se et frustra fuit quidam vocant casum. Dicit tamen dominus albertus quod in ultimo exemplo non videtur esse casus nisi sumatur largus. et ideo philosophus in libro de animalibus vocat talia occasionata et non casualiter nata. quia casus est causa per accidens. Occasio vero minus dicitur quod causa est quod propter aliquod accidens aliquid causatur. ut in mortibus dicitur aliquid dare occasionem. quando innuit vel negligit aliquid propter quod aliquis damnificatur. et ita est

per operationem illam. et tunc non dicitur illa operatio vana vel stulta. si non consequitur finem quod stulta intentio dicitur. sicut si aliquis dicat se balneare ut sol eclipsetur. non enim propter hoc balneatio est frustra si sol non eclipsabitur. quia talis finis non est aperius natus acquiri per balneum. et ideo deridendum est ille qui hoc intendit. Alius est finis operis quod frequenter obtinet opere illo. et si per tale opus non obtinetur finis ille tunc dicitur frustra. et sic in diversis hi pro eodem accipiuntur frustra vanum et ociosum. Tamen apud latinam linguam. talem habent differentiam quoniam frustra est quod fit intentione obtinendi finem ad quem de se est ordinatum et tamen illum non consequitur. Tamen autem proprium est quod de se non est aperius natum vel sit alicuius utilitatis aut documenti causa. ut motus dignior preter indigentiam et intentionem. Ociosum autem dicitur opus demonstrans vacuitatem operatus. et ideo sonat vicius quoddam in operante. leues enim ociosia faciunt et ideo vanum et ociosum subiecto conueniunt. sed roribus differtur. id autem quod est frustra proprium loquitur etiam fuit substantiam differt ab utroque ipso ratione. Latus vero qui ex se preter intentionem accidit fuit suum nomine venit ab eo quod est frustra. quia cadit operato in casu ad finem non intentum. sed in eo quod est frustra cadit a fine intento. et ideo utrumque istorum videatur ex se accidere cum finis sit extra intentionem. et ideo quod dicitur apud nos casus greci vocant extra se accidere. Quibus est exemplum ut cum cadit lapis sublata columna que sustenabat eum hic cadit non ut vulneret. sed cadit proprio ponderi moto prohbitente. vulnerat autem quia habuit caput obiectum descendens eius. et ideo vulnerare est extra intentionem lapidis cadentis et columnae deficienteis. igitur a per se et a casu cecidit lapis si vulneret tunc. Aliquando tamen cadit ut vulneret aliquem. quando scilicet percutitur ad vulnerandum aliquem.

Maxime autem separatum est a forma in his que a natura sunt. Cum enim fiat aliquid extra naturam tunc non a fortuna. sed magis ab eo quod per se frustra est factum esse dicitur. Est autem et hoc alterum huius quidez enim exterius est causa. illius vero interius. Quid igitur sit propter se frustra. et quid fortuna dictum est. et quomodo different ab invicem.

Nic philosophus ostendit in quibus maxime differunt casus et fortuna dicens. quod maxima differentia causis ad fortunam. est in operibus naturae. cum aliquid in operibus naturae fiat extra naturae intentionem. ut quando generatur sex digiti in una manu. aut duo capita in uno genere rurantur corpori. aut si aliquis defectus aliquorum membrorum aut membrorum tunc non dicitur fieri fortuna. sed a casu et ab eo quod est per se et frustra fuit quidam vocant casum. Dicit tamen dominus albertus quod in ultimo exemplo non videtur esse casus nisi sumatur largus. et ideo philosophus in libro de animalibus vocat talia occasionata et non casualiter nata. quia casus est causa per accidens. Occasio vero minus dicitur quod causa est quod propter aliquod accidens aliquid causatur. ut in mortibus dicitur aliquid dare occasionem. quando innuit vel negligit aliquid propter quod aliquis damnificatur. et ita est

Physicorum

In talibus operib⁹ nature q̄ habundātia materie dedit occasiōnem producendi sextum digitum ⁊ diminutio fecit diuinū in aliquo mēbro; ⁊ debilitas caloris natūralis vel intēperantis quae sunt in semine alterius. occasiōnem corruptionis fecit. ⁊ aliquā adū diuisio secūdine fecit iungī duo corpora ⁊ cōglutinari. ⁊ iō scđm veritātem quā tradit ptholomeus ī libro de natūritatib⁹. Natūrātes tales occasiōnate sunt i causa p̄iculariter agēte sive mouēte que est vis formatiua seminis ⁊ p̄paratiō. materie ad formam. sed cum sine intēte a natura vniuersaliter mouēte que est qualitas pueniens ex situ ⁊ respectu stellarū ī hora qua semen cadit ī matricē nō dicuntur occasiōnate. Ut sic differentia stat ī hoc. q̄ casus est ī his que sunt a natura fortuna at ī agentib⁹ fīm p̄positum. Q̄e qua sumitur etiam alia sc̄z q̄ casus est ī illis agentib⁹ quoꝝ principiū agendi est intra q̄ natura est principiū mouēndi ⁊ quēlendi eius in quo est. sed fortuna est ī his quoꝝ principiū agēdi est extra quia agentia fīm voꝝ lūratē accipiunt spēm et formaz ab reb⁹ ad extra. Alia differentia patuit supra.

Sed modorum quidem causarū ī quibus est vnde principiū motus. vtrūq̄ ipsorū est aut enim eorum que sunt natura causa aliqua est. aut eorū que sunt sub intellectu causa semper est. sc̄z eoz multitudine indeterminata est.

Istud est capitulū quartū ī quo p̄hs docet reducere casum ⁊ fortunam ad causas per se. postq̄ determinatū est de fortuna et casu que sunt cause per accidens. Ut rō ordinis est. q̄ omne per accidens necessariū habet reduci ad p̄ se. fortuna autē et casus sunt cause p̄ accidens. igitur necessariū ad aliquod genus per se reducunt. Ut dicit. q̄ fortuna et casus reducuntur ad genus cause efficiēntis. quia casualia aut sunt de numero eorum q̄ sunt ī natura. ita q̄ natura large sumatur. p̄ om̄ eo q̄d moꝝ uerū motu ī natura ī hoc. q̄ nō deliberat. aut sunt ab intellectu operāte. ita tamē q̄ ambo sunt incerta facient. sed vtrūq̄ istoz facientur sc̄z natura ⁊ intellectus sunt de genere cause efficientis igitur fortuna ⁊ casus ad gen⁹ cause efficientis reducuntur.

Q̄m autem sunt fortuna et casus cause eorū quorum vtrūq̄ aut intellectus fiat causa aut natura tamen fīm accidens cum accidens causa aliqua fieri horū ipsorum. Nihil autem fīm accidens prius est his que sunt per se. Manifestum est q̄ neq̄ p̄ accidens cā prius est ea que est per se posterius vtrūq̄ est fortuna et casus ī intellectu et natura. Quare siquidem maxime celi causa est casus necesse est prius intellectus et naturā esse et aliorū multorū et hīmōi omnis.

Nic p̄hs excludit secundā opinionem antiquorū presumam de fortuna ⁊ casu dicens q̄ inconveniens est di cere. q̄ fortuna et casus sunt cause celi et omnium mundanorum. quia casus et fortuna sunt cause per accidens eorum que sunt quorum intellectus et natura sunt causa per se suorum effectuum. sed nihil eorū que sunt fīm accidens potest esse prius eo q̄d est per se. eo q̄ om̄e acci-

Aristotelis.

dens reducitur ad aliquod per se. Nam manifestum est q̄ cause per accidens habet ante se priorem causam aut priores causas per se. igitur casus ⁊ fortuna posteriores sunt intellectu causante per se. et natura per se aliqd causante. et ideo inconveniens est dicere fortunam et casus esse causas celi et omnium mundanorum. qm̄ oportet an fortunam et casum esse aliquam causam celi ⁊ motus per se q̄ est natura vel intellectus. et sic ponit natura causare ante casum ⁊ fortunam multitudine generatorum.

Utrū definitiōnes fortūne et casūs et eorum differentiē sint bene a phylosopho assignate.

¶ Et videtur primo contra prīmā partem questiō definitiones fortūne et casūs non sint bene assignate q̄a casus et fortuna sunt cause per accidens cum fiant extra semper et frequenter. scientia autem et definitio sunt illozum que sunt semper p̄mo posteriorum. igitur definitiōnes casus et fortūne non sunt bene assignate. ¶ confirmatur q̄ Aristotle non definit casum. igitur. Secūdo q̄ causa p̄ accidens est que accedit alicui cause per se. vt album nigru accidit edificari. sicut non est de fortuna. igitur non est causa per accidens. Tertio ea q̄ fūdī fīm p̄positum et apter finem sunt semper et frequenter.

Quarto sic cōtra secūdā p̄rem questiō et hoc sic que cūq̄ sunt eadem essentialiter fīm numerū illa non differeunt inter se. sed casus ⁊ fortuna eadem sunt essentialiter nūero. igitur non differunt inter se. Minor p̄tz in quo cūq̄ est fortuna ī eodem numero est casus. igitur. In oppositū est p̄hs ī textu. p̄o intellectu istius questiōnis ponuntur duo discursus quoꝝ maior p̄m̄ est ista.

Circa mobilia conuenienter contingunt casus et fortuna. Minor. In quibus sunt cause p̄ accidēs ad casūs p̄ se reducibilēs. Conclusionis. Igitur ī physicā scientia est mētio fienda de casu et fortuna.

¶o intellectu maioris est sciendū. q̄ duplicitia sunt ut sufficit p̄posito entia. quedā em̄ sunt necessaria. illa sc̄z que vñiformiter ⁊ imobiliter se habent. sicut entia perpetua. sc̄z celum et motus celi et hīmōi. Alia sunt contingēntia que non habent se eodem modo ⁊ imobiliter et trātūrabilitē. et hoc differēt fīm triplet gen⁹ ḡringentia ut patet infra. Isto em̄ supposito. qm̄ casus ⁊ fortuna sunt ī his que euēnunt aliter q̄z nra sunt euēnire ⁊ q̄z intēndebant ab agente. et talia solum sunt ī mobilibus cum imobilia sc̄z eodem modo se habent ⁊ sunt necessaria. igitur casus et fortuna solū locū habent circa mobiliō. hoc est ḡringentia ⁊ non circa qdlibet genus ḡringētū sc̄z circa genus ḡringentū raro. ut patet ī quadam conclusione questionis secunde. Minor patet per Aristotelem ī textu. Nam reducuntur ad causam efficientem sed casu efficientis est causa per se. igitur. Conclusionis p̄tz. quia ī physicā scientia de mobilib⁹ consideratur. casus autem et fortuna habet fieri circa mobilia tanq̄ cause p̄ accidens. igitur. Oram in physicā scientia determinari de causis. sed fortuna ⁊ casus spectant ad causas igitur et.

Sed dices sexto metaphysice dicit p̄hs. q̄ de ente per accidens non est scientia. casus autē ⁊ fortuna sunt hīmōi. igitur. Ad hoc dicendum est. q̄ dupliciter de aliis.

Liber

quo est scientia. uno modo sicut illud quod vere scitur. et sic solum est scientia de conclusione et sic de ente per accidens non est scientia. quod tale ens non est necessarium. Alio modo de aliis dicitur scitur de illo de quo aliquid scitur. et sic de ente per accidens potest esse scientia. quod de eo sciri potest quod est ens per accidens. et sic de casu et fortuna est scientia finis communis rationes casus et fortuna et in ordine ad ea que sibi conuenient finis rationes communis scilicet quod sunt cause per accidens. et quod fortuna est in agentibus similiter casus sicut de his de quibus aliqua sciuntur. quod de casu et fortuna formant quedam propositiones habentes necessariam ventatem. Nam ista propositio est vera et necessaria fortuna est causa per accidens. Similiter de falso isto modo est scientia et etiam impossibilis. sicut dicitur logici quod de propriebus insolubilibus est scientia quod non est falsa. tunc de casu et fortuna finis quod sunt in re ad extra et finis quod aliquid fit casualiter de eis non est scientia. quod ea que sunt in re a casu et fortuna non habent causam determinatam necessariam et per se. que tamen ad scientiam reqiri. ut patet primo posterius. Et quo etiam per se. quod aliter est scientia de rebus generabilibus. et corruptibilibus. et de casu et fortuna. quod de rebus generabilibus et corruptibilibus non solum est scientia in communione. sed etiam in aliquo communione scilicet quod sunt generabiles et corruptibiles. et etiam de ipsis est scientia. finis specificas rationes finis quas differunt. ut de homine est scientia non solum inquantum mobilis est quod conuenit sibi finis rationem communem sive genericam. quod modo solum est scientia de casu et fortuna. sed etiam de eo est scientia finis quod risibilis est. quod conuenit sibi finis rationem specificam. **Maior alterius discursus**

Ad investigandum definitionem casus et fortune congruum fuit quatuor divisiones premittere. **Dinor**. Fortuna est causa per accidens in his que finis propositum agunt. non autem casus: quod utrumque cause per accidens in hoc quod sunt extra semper et frequenter conuentiant. **Conclusio**. Igitur ad definiendum casum necessarium est a definitione fortune aliquam differentiam tollere.

Maior patet per ipsum in textu inuestigantem definitio nescasus et fortune via diuisiva. ut scilicet ex membris illarum diuisiōnū simul adunatis surget definitio fortunae licet ordine prepostero. et definitio casus aliquo modo similiter. quia per ablationem unius partculae. cuius non semper insit agentibus finis propositum. **Et** videtur quod prima diuisio arresto. non sit bona in qua dicitur. **Et** quod que sunt quedam sunt semper. quedam autem frequenter quedam autem extra semper et frequenter. quia non sunt aliqua que sunt semper. quod impossibile est fieri quod impossibile est factum esse. igitur non sunt aliqua que sunt semper. **Ad** hoc dicendum est. quod impossibile est fieri quod impossibile est factum esse. dummodo fieri sit in factum esse ordinatum. unde fieri quod est in factum esse ordinatum non est semper sed est temporale. sed fieri quod non est ordinatum in factum esse hoc potest esse semper. **Et** hic sit sermo de his que sunt hoc est de effectibus per relationem ad causam agentem. contingens vero ad utrumlibet non est de genere cause agentis. ideo non est necesse adiungere aliud membrum in diuisione quod est talis contingens respecti

Secundus

